eſt naturalis. alia aūt accepta in precedente faciunt perfectum precedentem per ſe in ſylogiſmo hypothetico facto ⁊ confirmato per locū a digniori.ſ.ſi motus circularis ē prior naturaliter motu recto. ⁊ motus recti exiſtūt naturaliter in corporibus ſimplicib' tūc multo fortius motus circularis exiſtit in corpore ſimplici: ⁊ hoc non ꝯtingit poſteriori motui.ſ.recto:niſi quia inuenit̃ in eo ex p̄cedēte:⁊ iō locus iſte eſt neceſſari' in p̄cedēte ⁊ poſteriori nāliter.⁊ qū dixit:iā dixim' ſuperius ꝙ corpa cōpoſita ⁊c̃.dixit muniendo ſe ab aliq̄ dicēte ꝙ mot' ſimplices inueniūt̃ i corporibus cōpoſitis ⁊ hoc iā dicebat ſuperius ſicut dixit.

Ex his quidē vtiqꝫ manifeſtū ꝙ nata eſt quedā ſubſtātia corporis preter eas que hic conſiſtē tias diuinior ⁊ prior harum omniū.

Quoniā igit̃ hoc corpus aliud eſt in alia ſubſtātia preter iſta corpora que nobis vicinant̃. ⁊ eſt ſubſtātia ⁊ corpus volubile ⁊ glorioſum. ⁊ ē primū iſtoꝝ corporꝝ manifeſtum eſt.

13 Manifeſtū eſt ex demonſtrationibus predictis ꝙ hoc corpus celeſte neqꝫ eſt vnū elementoꝝ quatuor:neqꝫ factum eſt neqꝫ compoſitum ex eis:ſed eſt alia natura preter iſtas naturas: ⁊ eſt corpus diuinū.non.n.generat̃ neqꝫ corrūpit̃ vt declaratū eſt in phyſicis: ⁊ vt declarabit̃ hoc quapropter eſt primū corpoꝝ ſimpliciū ⁊ cōpoſitoꝝ quꝫ ſit ingenerabile ⁊ incorruptibile: ⁊ ſm partē ⁊ ſm totum. alia autem que ſunt ſub eo ſunt generabilia aut ſm totuꝫ aut ſm partem.

Et vtiqꝫ ſiquis adhuc accipiat omnē eſſe ſimplicē motū aut ſm naturaꝫ:aut preter naturam: ⁊ eum qui alij preter naturā:alteri ſm naturam quale qui ſurſū ⁊ qui deorſū paſſi ſunt. hic eniꝫ igni:hic autē terre preter naturā ⁊ ſm naturam: quare neceſſariū eſt circulationē motū quoniaꝫ huius preter naturā alteri' cuiuſdā eſſe ſꝫ nāꝫ:

Et ſi aliquis dixerit ꝙ omnis motus aut eſt naturalis aut accidētalis.motus autē naturalis quibuſdam corporibus erit accidentalis alicui alij corpori.v.g.aſcēſus ⁊ deſcenſus. motus aūt ad ſuperius eſt naturalis alicui corpori ⁊ accidētalis alicui.Igni v̓o naturalis:terre v̓o accidentalis.ſimiliter motus ad inferius terre naturalis igit̃ accidentalis neceſſariū eſt dicere:⁊ quꝫ motus circularis eſt accidentalis his corporibus nō eſt dubiū quin ſit naturalis alicui corpori.

14 Hec eſt demonſtratio ſexta aut quinta ad verificandū motū circularē eſſe naturalē corpori moto p ipſum: ⁊ eſt ꝓpoſitio minor prime demōſtratiōis ſup quā ſuſtentatur in hoc loco:⁊ apparet ex ea ꝙ eſt demonſtratio ſm cōſeſſionē aduerſarij:non quia eſt demonſtratio in ſe ⁊ nō eſt ita qm̄ non induxit ipſum niſi tali mō ꝙ ſi fuerit ꝯceſſus cōtingeret ꝯclo: qm̄ manifeſtū eſt ꝙ aduerſarius omnino confitebit̃. D.igit̃ ſi aliquis dixerit ⁊c̃.i.ſi aliqs dixerit ꝙ omnis motus aut eſt naturalis aut accidētalis: ⁊ conceſſi fuerimus:ſequeret̃ ꝙ in quolibet modoꝝ motuū erit motus naturalis ⁊ alius extra naturā. V.g.q2 in motu ad ſuperius eſt naturale ⁊ accidentale: ⁊ ſimilit̃ eſt in motu ad inferius. D.d.⁊ motus qui eſt naturalis quibuſdā eſt accidentalis alij corpori.i.quꝫ poſuerit iſte dn̄s aliā ꝓpoſitionē eſſe conceſſam a nobis: ⁊ eſt ꝙ vnus motus ſpecie naturalis alicui corpori erit accidētalis alij:⁊ ecōuerſo.V.g. ꝙ motus ad ſupius eſt accidentalis terre ⁊ naturalis igni ſimiliter motus ad inferius terre naturalis ⁊ igni accidentalis.D.d.neceſſariū eſt nobis dicere ꝙ quꝫ motus circularis ⁊c̃.i.⁊ quꝫ dicēs ꝯceſſus fuerit iſtas ꝓpoſitiones continget ei inq̄tū motus circularis eſt vn' motuū ſimpliciū ꝙ ſi alicui corpori fuerit accidētalis.V.g.igni aut aeri aut alij corpori neceſſe erit ꝙ alij corpori ſit naturalis. Iaꝫ.n. poſuimus ꝙ oīs vnus motus ſpecie ſi fuerit accidentalis alicui corpori eſt naturalis alij:q̄uis magiſter non poſuerit niſi conuerſum: ſed tm̄ intendebat dicere conuerſum. Quꝫ.n. poſitū fuerit ꝙ omnis motus naturalis alicui corpori neceſſariū eſt vt in alio corpore ſit accidētalis.ſ.in eodē modo motuū continget neceſſario per locū a digniori ꝙ ſi motus accidentalis fuerit in aliquo corpore ꝙ ſit naturalis in alio:⁊ ſi non continget vt ſpēs motuū eſſet ſm accidēs tm̄ non naturaliter omnino quod eſt impoſſibile naturale enī eſt prius accidentali. ⁊ Auicenna renuit hāc propoſitionē ⁊ dixit ꝙ noluit ipſaꝫ concedere ſed eſſe motus circularis in corporibus motis recte ſm accidens qn̄ intelligit̃ ex accidente motus contrarius motui naturali continget vt idem habeat plura contraria vno: vt dicit Ariſ. ⁊ ideo videmus ꝙ conſeſſe inducit iſtam demōſtrationē.ſ.ꝙ ſi conceſſū eſt aduerſario ꝙ in corporibus motis recte eſt motus circularis accidentaliter: ꝓpoſitio aūt dicens ꝙ motus accidentalis quibuſdā corporibus neceſſariū eſt vt ſit naturalis alij corpori credetur vniuerſalit̃ quꝫ conceſſum fuerit ꝙ ignis in circuitu mouetur ſm accidens:ſimiliter aer:⁊ ideo conceſſa hac ꝓpoſitōne quā renuit Auicenna continget queſitū: ⁊ forte intēdebat Ariſ. per motū accidentalem vniuerſalius predicto.i.oppoſitū eſſentiali:vt contrariū naturali.motus.n.contrarius naturali nan inuenit̃ niſi in aliquo quatuor corpoꝝ ſimpliciū: oppoſitus autem eſſentiali inuenit̃ in pluribus coꝝ vno.ignis.n.⁊ aer mouent̃ in circuitu.ſ.ꝙ motus coꝝ eſt compoſitus ex recto ⁊ circulari:⁊ quꝫ fuerit poſitum huius accidens ſequit̃ vt viſum eſt motū circularem eſſe naturalem corpori circulari.ꝓpoſitio autē dicens ꝙ motus accidentalis corpori alicui neceſſario erit naturalis alicui corpori:eſt vera.naturale eniꝫ in aliqua ſpē neceſſariū eſt vt ſit prius accidēte:⁊ impoſſibile eſt vt poſterius ſit ſine priori:⁊ ꝙ aliquod ſit accidentaliter ⁊ nūq̄ eſſentialiter: ſed tm̄ non videmus ꝙ circulare ſit in aliquo accidentalit̃ quapropter non eſt verum ꝙ omnis motus naturalis ſit accidentalis alij corpori:⁊ conuerſuꝫ eſt verum niſi intelligat̃ ex accidente oppoſitū eſſentiali.

Adhuc autem ſiquidē eſt circularis alicuius latio ſm naturam palam ꝙ erit vtiqꝫ aliqđ corpus ſimplicium ⁊ primorum corporum quod natum eſt quēadmodū ignis ſurſum ⁊ terra deorſum ⁊ illud circūferri ſm naturā.ſi autem preter naturam ferunt̃ lata circū ſm periferiaꝫ mirabile ⁊ omnino irrationabile ſolū eſt continuū hunc motum ⁊ ſempiternū exiſtentem preter naturam.videntur enim in alijs citiſſime corrupta que preter naturā. Itaqꝫ ſiquidē eſt ignis quod circūfertur quēadmodum aiunt quidam. nihil minus ipi preter naturā motus eſt iſte q̄ꝫ qui deorſum. Ignis enim motum videmus eſſe a medio ſm rectam.

Et etiam ſi motus circularis ſit naturalis:manifeſtum eſt ꝙ aliquod corpus priorum ſimpliciū mouetur motu circulari naturali:ſicut ignis motus ad ſuperius:⁊ terre motus ad inferius.ſi ergo corpora mota motu circulari non mouet̃ niſi accidentaliter hoc eſt mirabile ⁊ extra rationem omnino.ſ.ut motus accidentalis tm̄ ſit continuus ⁊ eternus ⁊ infinitus.ſed viſus teſtat̃ cōtrarium. videmus enim res accidentales corrūpi ⁊ finiri cito:⁊ etiam ſi illud quod circulariter mouetur eſt ignis vt quidam dicunt accidentalis eſt ei.videmus enim ꝙ motus ignis eſt aſcendere equaliter ad ſuperius.

hec eſt demonſtratio ſexta aut ſeptima oſtendēs motum circularē eſſe naturalē. ⁊ dixit: ⁊ etiā ſi motus circularis ⁊c̄.i.⁊ hoc manifeſtū eſt qm̄ omnis motus ſimplex eſt ꝓprius corpori ſimplici: eſſe autē motū circularē naturalē ipſe declarat in hoc loco dicendo. Si igit corpora mota motu circulari ⁊c̄.i.⁊ impoſſibile eſt vt iſte motus ſit accidentalis corpori rotundo. declaratū eſt.n. in libro predicto ꝙ iſte motus eſt cōtrarius ⁊ ꝑpetuus: ⁊ impoſſibile eſt ꝯtinuū ꝑpetuū eſſe accidentalē. Deinde oſtēdit ipſum eſſe ꝯtinuū per ſenſu: ⁊ dixit: ⁊ viſus teſtat ⁊c̄.i. celū non videt corruptibile neq꜠ ꝯtūptibile p ſenſum. hoc autē eſt de ꝓpoſitionibus de quibus dicit Albumaſer qd nō inductū ad prime certitudinis ordinē: ſed tm̄ nullus ſēſus ꝯtradicit eis neq꜠ ratio. D.o. ⁊ etiā ſi illud qd mouet motu circulari ⁊c̄.i. ex hoc apparet ꝙ impoſſibile eſt vt hoc corpus qd mouet circulariter ſit ignis: quoniā ſi eſſet ignis eſſet motus circularis ei accidentalis. motus enim ignis naturalis eſt aſcendere ſuperius: ⁊ in eodē corpore nō ſūt duo motus naturales quū non habeant niſi vnam eandem naturam.

Propter quod ex omnibus vtiq꜠ his aliqs ſylogiçans credet ꝙ eſt aliquod preter corpora que hic ⁊ circa nos alterum ſegregatū tanto honorabiliorē habens naturā q̄toquidē plus elōgatum eſt ab his qui hic.

Et habens rationē poteſt ex omnibus predictis rationari ꝙ per aliud corpus eſt preter illa corpora imutantia ⁊ cōtinentia nos ſeparāt ab eis cuius nulla nobilior eſt naturis coꝝ ſm ſuā remotionem ab eis: ⁊ elongationem eius ſuper ipſam.

16 Ideſt bene poſſunt illi quibus innatū eſt intelligere rationes congregare in oībus iſtis vnā rationē extra quam ꝯtingit neceſſario ꝙ eſt aliud corpus preter corpora quatuor cuius natura eſt nobilior ⁊c̄.i. ꝙ eſt prius eis naturaliter cōterminans eam ſm longitudinē.i. quia natura eius eſt glorioſior eis ſm remotionē in loco: ꝙ remotio duaꝝ naturarū abinuicē in ſubſtātia eſt ſicut remotio earū in loco: quapropter videmus ꝙ vilius coꝝ eſt terra: ⁊ nobilius eſt ignis. ⁊ non tm̄ elemēta ſuccedūt ſibi in hoc ſꝫ etiā in corporibus celeſtibus. Vñ Ariſ. in libro de aialibus dicit ꝙ natura lune ſimilis eſt nature terre.

Quoniā autē hec quidē ſupponunt: hec aūt ex dictis oſtenſa ſunt: manifeſtū ꝙ neq꜠ leuitatē neq꜠ grauitatē habet corpus totū. oportet autē ſupponere quid dicimus graue ⁊ quid dicimus leue. nūc autē ſufficiēter vt ad preſentē neceſſitatē diligentius autē iterū quū cōſiderabimus de ſubſtātia ipſoꝝ. graue quidē igit ſit qd ferri natū eſt ad mediū: leue aūt qd a medio: grauiſſimum aūt qd oībus ſubſtat deorſū latis: leuiſſimū aūt qd oībus ſuperfert ſuperlatis. neceſſe aūt omne quod fert deorſū aut ſurſū aut leuitatē habere aut grauitatē: aut ambo: non ad idē autē. adinuicē enī ſunt grauia ⁊ leuia: puta aer ad aquā ⁊ ad terrā aqua. qd autē circūfert corpus impoſſibile eſt habere grauitatē aut leuitatem.

Manifeſtū eſt ergo ex ꝓpoſitionibus predictis: ⁊ ex his demonſtrationibus ꝙ primū corpus volubile qd circulariter mouet neq꜠ habet grauitatē neq꜠ leuitatē: quapropter videt rectū declarare graue ⁊ leue que ſunt ⁊ differere ī eis ſm neceſſitatē in hoc loco ab eis. demonſtrantia autē ſufficiens ⁊ ꝑſcrutatio abundans erit in futuro quū note fuerīt ſubſtātie coꝝ. ponat ergo ꝙ graue ſit deſcēdēs ad mediū: ⁊ leue aſcendēs a medio: ⁊ ponamus grauiſſimū deſcendēs ſub omnibus deſcēdētibus ad inferius: ⁊ leuiſſimū qd ſuper omnia aſcēdentia eleuat. quū igit ita ē omne corpus precedēs ad ſuperius aut inferi⁹ neceſſario habet grauitatē ſeu leuitatē: aut ambo inſimul nō eodē modo ſed in reſpectu ſicut in reſpectu aeris ad aquā: ⁊ aque ad terrā.

Quū declarauit ꝙ natura corporis qd circulariter mouet differt a natura corpoꝝ que recte mouent: vult mō declarare que natura eſt eius declarādo eam eſſe naturā neq꜠ grauem neq꜠ leuem: ⁊ ꝙ corpora non diuidunt tm̄ ī illa duo oppoſita vt exiſtimatur: ſed in tres alias naturas grauem leuem: ⁊ neq꜠ grauē neq꜠ leuem: vt eſt in ſubſtantijs que non ſunt innate dici eſſe in altero contrariorum. verbi gratia: lapis neq꜠ dicit eſſe loquens neq꜠ mutus: ⁊ puer neq꜠ dicit ſapiens neq꜠ inſipiens. ⁊ quū hoc non bene apparet quouſq꜠ declaratum ſit quid ſit graue ⁊ quid ſit leue. Incepit prius deſcribere eas poſtq̄ demonſtrauit qd ex ſermonib⁹ predictis apparꝫ hoc .i. ex eis que declarata ſunt ꝙ impoſſibile eſt ꝙ illud quod circulariter mouet moueat recte: ⁊ ex illo quod poſt dicet ꝙ leuia ⁊ grauia mouent recte. ⁊ dixit: manifeſtū eſt ergo ⁊c̄.i. manifeſtū eſt ꝙ corpus circulare neq꜠ eſt graue neq꜠ eſt leue: qm̄ qn̄ adiūctū fuerit ei qd declaratū eſt: ⁊ ꝙ nō mouet neq꜠ ad ſuperius neq꜠ ad inferius ꝙ illud qd habet grauitatē aut leuitatē mouet his duobus modis: concludit in ſecūda figura ꝙ corp⁹ circulare neq꜠ eſt graue neq꜠ leue: ⁊ ideo dixit poſt viſū eſt nobis eſſe rectū graue ⁊ leue declarare que ſunt.i. ꝙ hoc nō declarabit anq̄ notū ſit que ſint graue ⁊ leue: ⁊ dicemus in eis ſm neceſſitatē ⁊c̄.i. ꝙ in hoc loco non loq̄mur de diffinitiōib⁹ coꝝ niſi qd mō ſufficiet ꝑſcrutari dūt de eis ⁊ dicere opiniones antiquoꝝ de ſuis ſubſtātijs erit in quarto tractatu iſti⁹ libri. D.o. ponam⁹ mō ꝙ graue eſt deſcēdens ad mediū ⁊ leue aſcendēs a medio. ⁊ hec deſcriptio vniuerſalis videt graui ⁊ leui ſimplr ſ. igni ⁊ terre: ⁊ graui ⁊ leui in reſpectu. ſ. aeri ⁊ aque. aq̄ enī grauis eſt in reſpectu aeris ⁊ leuis in reſpectu terre: ⁊ ideo ſi eſſet in centro mūdi. ſ. in loco terre naturali moueret ad ꝯcauitatē aeris. ſimilit aer eſt grauis in reſpectu ignis leuis in reſpectu aque. aqua ḡ collocat ſub deſcriptione grauis vno mō ⁊ ſub deſcriptiōe leuis alio mō: q̄uis magis abūdat in eo grauitas. eſt enī grauis in duobus locis ſ. ignis ⁊ aeris: ⁊ leuis in loco terre. ſimilit ⁊ aer collocat ſub deſcriptiōe grauis ⁊ leuis: ſꝫ deſcriptio aeris dñat in eo. eſt.n. leuis in duobus locis terre ⁊ aque: ⁊ grauis ī loco ignis. ⁊ intelligendū eſt ex deſcriptiōe grauis ⁊ leuis naturā que innata eſt ad mouēdū ad mediū vel a medio. ſ. habitū ⁊ formā ex qua ꝓcedit hec operatio: ⁊ ſi hoc nomē grauitas ⁊ leuitas non dicant vulgarit niſi de accidente. Deinde deſcripſit graue ⁊ leue alia deſcriptiōe ⁊ dixit: ⁊ ponam⁹ graue ⁊c̄.i. deſcribimus etiā graue ꝙ eſt illud qd grauitate precedit oīa grauia ⁊ reſidet ſub oībus deſcēdētibus ad inferius.i. quieſcit ſub eis. hec quidē deſcriptio ē accepta ex quiete in loco ꝓprio: ꝑma aūt ex motu. ⁊ quū dixit: reſidet ſub oībus eſt deſcriptio grauis ſimpliciter. ſ. terre: aqua.n. nō reſidet ſub oībus. ſimilit quū dixit: illud qd precedit oīa grauitate: eſt deſcriptio grauis ſimplicit: ⁊ etiā videt ꝙ hec deſcriptio ꝯtinet in ſe etiā duas deſcriptiones quoꝝ altera eſt illud quod precedit ⁊ altera reſidet. Deinde ēt dedit duas deſcriptiōes leuis ſimplr ⁊ dixit: illud qd p̄cedit leuitate.i. oīa leuia. D.o. qd eleuat ſup oīa aſcēdētia ſupi⁹: ⁊ forte intēdebat ꝓpoſitionē vnā ex duab⁹ vt eſſet manifeſtior nō ꝙ ex vtraq꜠ ꝓprietas eſſet coniūcta graui ita ꝙ faceret vnā deſcriptionē. D.o. ſi igit ita ē: oīe corpus vadens ad ſuperi⁹ ⁊c̄. ⁊ hoc qd dixit: manifeſtū eſt qm̄ hec deſcriptio conuertit ſuper ſe ſicut innatum eſt de-

ſcriptionibus: qm̄ ſi graue eſt illud quod ad inferius deſcendit neceſſario omne deſcendēs ad inferius eſt graue: ⁊ ſimiliter ſi leue eſt illud qđ aſcēdit ad ſuperiꝰ neceſſario omne aſcendēs ad ſuperius eſt leue. ⁊ ſi ſimplex: ſimplex. ⁊ ſi in reſpectu: in reſpectu. ſimiliter de graui. Quapropt dixit non eodē mō ſi in reſpectu ⁊c̄. i. ⁊ qū̄ diximus ꝙ omne deſcendens eſt graue non eſt intelligendū eodē mō. ſ. graue ſimpliciter ſed intelligendū ex eo illud qđ intelligendū eſt de deſcenſu. ſi igit̄ deſcenſus ſimpliciter: graue ſimpliciter. ⁊ deſcenſus in reſpectu ⁊ etiā graue in reſpectu. ⁊ de aſcenſu ⁊ leui ſimiliter.

Quod autē circūfert̄ corpus īpoſſibile hr̄e grauitatē aut leuitatē eſt. Neq3. n. ſcđ3 naturam neq3 preter nāз ꝯtingit ipſi moueri ad medium vel a medio. ſcđm naturā quidē enī non eſt ipſi que in rectū latio: vna. n. erat vniuſcuiuſq3 ſimpliciū quare erit idē alicui ſic latoꝝ. preter naturā autē latio ſiquidē que deorſum preter naturā que ſurſum erit ſcđm naturā. ſi autē que ſurſum ꝑter naturā que deorſū ſcđm naturā. poſuimus enī ꝯtrariaꝝ cui altera preter naturā alteraз eſſe ſcđm naturam.

Manifeſtū ergo modo etiā ꝙ corpus rotūdum non habet grauitatē neq3 leuitatē. impoſſibile eſt. n. moueri ad mediū neq3 a medio motu naturali neq3 motu accidētali. motus enī eq̄lis non eſt ei naturalis qm̄ nō eſt propꝛius niſi corporibus ſimplicibꝰ. ſi ergo moueret̄ eo motu erunt cū illo corpore idē: ⁊ ſi corpus rotundum moueret̄ motu accidentali aut eſſet motus eius ad inferius motus accidētalis: ⁊ motus eiꝰ ad ſuperius motus naturalis. aut moueret̄ ad ſuperiꝰ motu accidētali ⁊ ad inferius motu naturali. ⁊ iā diximus cum alter motuū contrarioꝝ fuerit naturalis ⁊ alter erit accidentalis neceſſario ⁊ corpus rotundum non habet aliquod cōtrarium omnino.

18 Cum declarauit ꝙ omne leue aut graue mouet̄: aut a medio aut ad mediū. iā declaratū erat ꝙ corpus rotūdum non mouet̄ neq3 ex medio neq3 ad mediū: neq3 nāliter neq3 accidētalit̄: ꝯcludit ex hoc ꝙ corpus rotundū neq3 eſt graue neq3 leue ⁊ dixit: manifeſtū eſt mō ⁊c̄. D. ꝓbauit minorē ꝓpoſitionē qū̄ maior eſſet iā declarata. D. incepit determinare eā ⁊ dixit: motus enī equalis ⁊c̄. i. cā in hoc eſt ꝙ motus rectus nō eſt ei naturalis: qm̄ ille motus nō eſt naturalis niſi alicui corpori ſimpliciū. ſ. elementoꝝ. i. qm̄ iſte motus non eſt niſi nature corpoꝝ elementariū nec nature corporis rotūdi. Deinde dedit rōe3 dicēdo: ſi ergo moueret̄ hoc motu eēt idē cū illo corpore. i. ꝙ ſi hoc corpus rotundū moueret̄ motu recto natura eſſet corpus rotundū. idē cū illo corpore qđ naturaliꝰ mouet̄ illo motu. eſſet ergo corpus rotundū vnū elemētoꝝ quatuor qđ eſt impoſſibile. vnus enī motus in ſpē nō eſt niſi vnius corporis in ſpē: ⁊ qū̄ declarauit ꝙ impoſſibile eſt corpus equale rotundū moueri motu naturali ⁊ recto incepit deſtruere ſecundā ptē ⁊ eſt ꝙ etiā impoſſibile eſt moueri motu recto extra naturā. ſ. violent: ⁊ dixit: ſi ergo corpus rotundū mouet̄ motu accidētali ⁊c̄. i. ſi hoc corpꝰ rotundū mouet̄ recte extra naturā: ⁊ ſimplicit̄ extra nāᵐ aut erit iſte motus ad inferius extra naturā: quapropter neceſſario ꝯtinget vt ⁊ motus eius naturalis eſſet ad ſuperius ⁊ tūc eēt neceſſario aut ignis: aut aer: quod eſt impoſſibile. D. etiā dixit: aut mouet̄ ad ſuperius ⁊c̄. i. mirū eſt ſi motus eius eſt ad ſuperius neceſſario eſſet accidentalis vt eſſet motus eius ad inferius naturaliter: quapropter tunc erit aqua ⁊ terra. ⁊ qū̄ poſuit ꝙ qū̄ poneret̄ ꝙ haberet vnū motuū iſtoꝝ motuū accidentaliꝰ ꝯtingeret vt oppoſitus motus eſſet naturalis: fecit remouere illud ex quo appar3 hoc ⁊ dixit: ⁊ iam prediximus ꝙ alter motuū ⁊c̄. i. ⁊ iam prediximꝰ ⁊ apparet ex potētia noſtri ſermonis q̄ quando poſuerimus alterū duoꝝ motuū cōtrarioꝝ ſimpliciū in aliquo corpore naturaliter ꝯtingit ꝙ alter ſit accidētalis in eo: ⁊ ſi non ꝯtingeret duos motus eſſe in eodem corpore naturaliter ⁊ iam poſuit in ſermōe predicto ꝙ impoſſibile eſt duos motus eſſe naturales in corpore ſimplici. ⁊ intentio eius ex iſta propoſitione non eſt niſi eius conuerſa dicens: ꝙ qū̄ in aliquo corpore poſuerimus alterum duoꝝ contrarioꝝ eſſe accidētalem neceſſe eſt vt alter ſit ei naturalis. ⁊ hec conuerſio magis eſt occulta q̄ prima. poteſt enim aliquis dicere non eſt remotum vt in corpore rotundo ſint duo motus recti inſimul accidentaliter. ſ. motus ad ſuperius: ⁊ motus ad inferius: ⁊ naturalis ſit ei circularis. ⁊ qū̄ ſubintellexit hoc Ari. dixit: ⁊ corpus rotundū nullū cōtrariū habet omnino. i. ſi aliquis duoꝝ motuū rectoꝝ eſſet in eo accidentaliter oporteret vt corpus in quo eſt naturaliter eſſet cōtrariū: ⁊ nos declarabimus ꝙ corpus rotundū non h3 ꝯtrariū.

Quoniam autē in idem ferunt̄ totum ⁊ pars ſcđm naturā puta tota terra ⁊ paruus bolus. accidit autē primū quidem neq3 leuitatem habere ipſum: neq3 grauitatem. neq3 vnam aut vtiq3 ad medium aut a medio poſſet ferri ſcđm ſuiipſius naturā. Deinde quia impoſſibile moueri eo qui ſcđm locū motu aut ſurſum aut deorſum detractū: neq3 enim ſcđm naturā contingit ipſi moueri motu alio: neq3 preter natura3 neq3 ipſi neq3 particularum nulli. eadem enim ratio de toto ⁊ partibus.

Et etiā locus terre totius idem eſt cum loco motus partiū eius. verbi gratia tota terra ⁊ vna gleba mouent̄ ad eundem locum ⁊ cum ſint ſim ꝙ diximus non eſt dubiū ꝙ corpus rotundum neq3 habet leuitatem neq3 grauitatem omnino nam ſi haberet grauitatem aut leuitatē poſſibile eſſet ipſum moueri a medio vel ad mediū manifeſtū eſt eſſe ꝙ corpus rotundū primū impoſſibile eſt moueri motu locali: neq3 ad ſuperius: neq3 ad īferius: neq3 alio motu accidētali: neq3 ſcđm totū neq3 ſcđm partes. ſermo enim de toto ⁊ parte idem eſt ſicut iam diximus ſuperius.

19 Quia fundamentū demonſtrationis eſt q̄ corpus rotundū nō habet grauitatē neq3 leuitatem eſt ſuper duas propoſitiones. Quarum altera eſt ꝙ corpus rotundū nō mouet̄ neq3 a medio neq3 ad mediū. altera autem eſt ꝙ illud qđ ita mouet̄ eſt aut graue aut leue: ⁊ iſte ſunt iā declarate ratione: vult declarare minorē ſenſu ⁊ rōne ⁊ fundamentū eſt ſuper duas ꝓpoſitiones: quarū altera eſt intelligibilis. i. illud ꝙ locus totius corporis grauis ac leuis idem eſt ⁊ partis. ad quod enī mouet̄ graue quū fuerit extra centrū illuc moueret̄ terra tota ſi eſſet extra ſuū locū natura aūt partis corporis ſimiliū eadem eſt cum natura totius diffinitione: ⁊ quū ſit eadē diffinitione eadē eſt forma: ⁊ quū forma eadem actione prouenīente ab illa forma. Si igitur actiones prouenientes a graui ⁊ leui ſunt iſti duo motus: neceſſe eſt vt ſic proueniant a parte ſicut a toto. Secunda autē propoſitio eſt accepta a ſenſu: ⁊ eſt ꝙ nec appar3 in partibus corpis rotūdi motus neq3 a medio: neq3 ad medium: ergo neq3 leuitas neq3 grauitas. ⁊ eſt non in partibus ergo neq3 in toto. ⁊ quum ſicut q̄ diximus non eſt dubium ⁊c̄. ideſt ⁊ quū ſit corpus celeſte ſecundum hoc ſcilicet ꝙ partes eius non videntur moueri a medio neq3 ad medium: manifeſtum eſt

ꝙ neq̃ eſt graue neq̃ eſt leue. D.d. nam ſi habet grauitatem aut leuitatem poſſibile eſſet ⁊c̃. i. poſſibile eſſet in iſto longo tempore vt partes eiuſ viderentur moueri vel a medio vel ad medium: qua propter nõ habet grauitatẽ neq̃ leuitatem. ⁊ ſtelle cadentes nõ ſunt celi vt exiſtimant q̄dã. ſtelle. n. celi note ſunt nõ tranſmutabiles: ⁊ ſi ſtelle caderẽt a celo diminuerentur in iſto lõgo tempore. ⁊ poſt dicetur de cauſa calefactionis ſolis quia nõ ſequitur vt omne calefaciẽs ſit ignis ⁊ Alexander ſecundũ ꝙ Themiſtius narrat de eo. Dicit ꝙ Ari. dixit ſecũdũ hunc ſermonẽ opponendo ⁊ contradicendo dicentibus celum delatum ſup totum ⁊ ꝙ ſi hoc nõ eſſet: caderet reſpondendo ꝙ ſi eſſet ita oporteret ꝙ in iſto longo tempore caderent eius partes. quoniã igitur corpora celeſtia nõ ſũt vnũ quatuor elemẽtoꝝ bene manifeſtũ ẽ ex iſto ſermone, ꝙ aũt nõ ſunt ꝯpoſita ex eis vt plures antiquoꝝ putabant manifeſtũ ẽ ex h̃ qm̃ ſi eſſẽt: eſſet motus coꝝ aut ad ſuperius ignis: aut ad inferius. ſ. terre. omne. n. ꝯpoſitũ tendit ad locum parti dominãtis. ⁊ etiã ſi eſſet in loco neceſſario haberet continẽs ipſum extrinſecũ. qum hec ſit natura loci.

Similiter aũt rõnabile exiſtimare de ipſo ⁊ ꝙ ingenitum ⁊ incorruptibile ⁊ inaugmentabile ⁊ inalterabile. propter fieri quidem omne generabile ex contrario ⁊ ſubiecto quodam ⁊ corrũpi ſimiliter ſuppoſito quodam ⁊ a ꝯ̄rio incõtrarium. queadmodũ in primis dictũ ẽ ſermonib⁹: contrarioꝝ aũt ⁊ lationes contrarie. ſi antẽ huic nihil cõtrariũ continget eſſe. eo ꝙ circulationi alicui nõ eſt contrarius motus: recte videtur nã futuꝝ ingenitũ ⁊ incorruptibile exemiſſe a ꝯtrariis. inter contraria. n. generatio ⁊ corruptio.

Et oportet nos dicere ꝙ corpus glorioſum nõ eſt factum: neq̃ generatũ ab aliquo: neq̃ cadit ſub corruptione: neq̃ recipit augmẽtũ: neq̃ diminutionẽ: neq̃ alterationẽ: neq̃ aliquã trãſmutationẽ. omne. n. generabile non generatᷓ niſi ab aliquo fabricato ei contrario: neq̃ corrũpitᷓ in ſuo ꝯtrario ⁊ iã diximus ꝙ motus ꝯtrarioꝝ corpoꝝ ſunt ꝯtrariũ ẽt ⁊ qum ita ſit nullum ꝯ̄rium habet corpus primum. nullum. n. ꝯtrarium motum habet motus circularis. conſulta igitur bene fuit natura qum fecit h̃ corpus glorioſum nõ generabile. ⁊ remouit ipſum a ꝯtrariis. generatio. n. ⁊ corruptio neceſſario ſiſtunt i ꝯ̄riis.

.20. Qum declarauit ꝙ corpus qd̃ circulariter mouetur ẽ nature quinte. quoniam natura mouenſ circulariter eſt alia a natura. ſ. motus equalis ⁊ declarat ipſum: neq̃ graue: neq̃ leue. vult etiam oſtendere ꝙ non eſt generabile: neq̃ corruptibile: neq̃ augumẽtabile: neq̃ diminuibile: neq̃ tranſmutabile: neq̃ alterabile alteratione paſſiua. ⁊ dixit. neq̃ generabile ab aliquo. ⁊ nõ dixit: neq̃ generabile ſimpliciter. quoniam hec eſt differentia inter opinantes ꝙ hoc corpus eſt creatum a prima cauſa ⁊ opinantes ipſum eſſe primam cauſam. ſ. ꝙ videntes eſſe primã cauſã opinantur ipſum nõ eſſe generabile ſimpliciter. ⁊ dicẽtes ꝙ eſt cauſatum a prima cã: opinantur ꝙ nõ eſt generabile ab alio. ⁊ ꝙ ſi diceretur eſſe generabile a nullo ⁊ in nullo tempore bene poſſet hoc inſtitui: ſecũdũ vocem ⁊ ſecũdũ tranſumptionem. generabile uero eſt terminatum tẽpore ⁊ generabile ab aliquo: ⁊ hoc nomen generationis ẽ vulgariter quod Ari. vult remouere a celo. ⁊ intelligit ꝑ trãſumptionẽ. qd̃ eſt generabile tribus modis. ⁊ intelligit ꝑ alterationem: alterationem quã ſequitur generatio ⁊ corruptio. alteratio enim que ẽ illuminatio nõ ẽ impoſſibilis ⁊ qum dixit hoc. incepit ponere propoſitiones ex quib⁹ hoc apparet. omne enim generabile nõ generatur niſi ab aliquo ente ei contrario. ⁊ hec propoſitio ẽ vera in generatione ſimplici ⁊ compoſita. ſ. in generatiõe quatuor ſimplicium corpoꝝ ab inuicẽ. ⁊ in generatione compoſitorum ab eis. ſed compoſitum eſt ei contrarium ex quibus cõponitur: ſicut mediũ dicitᷓ ꝯ̄riũ extremis ꝯ̄riis. ex quibus cõponitur. ⁊ hoc erit qñ ꝯponitᷓ a p̄mis ꝯ̄riis fuerit p̄ma cõpoſitio nõ mediãte aliquo ꝯpoſito. ut ꝯpoſitio mineraliũ ⁊ plantaꝝ que nõ fiũt a ſemine: ſed ab elementis. ⁊ generatio animalium: que per putrefactionẽ generant. componitur aũt a primis ꝯ̄riis mediãte ſcd̃o compoſito: vt generatio ſanguinis a pane ⁊ mẽbroꝝ a ſanguine ẽ ei ꝯ̄riũ ex quo fit ſcd̃m ꝙ media que ſunt inter extrema ꝯ̄ria ꝯ̄riantᷓ ſe ab inuicẽ. qum inter extrema fuerĩt plura vno medio: ſicut ꝯ̄rietas colorum qui ſũt inter albũ ⁊ nigrũ ad inuicẽ. manifeſtũ ẽ igitᷓ ſiue i ꝯpoſitis ſiue in ſimplicibus ꝙ oẽ generatũ generatᷓ a ꝯ̄rio. ⁊ hoc affirmatᷓ per inductionẽ ⁊ ratione. generãs. n. ſimilis ẽ gñãto ⁊ ꝯ̄riũ ei ex quo fit generatum. nõ. n. agitᷓ in mã generãdi niſi in q̃tum ẽ ꝯ̄riũ. ſi ḡ illud ex quo ẽ generatio eſſet ſimile generato. nõ poſſet generãſ agere in mãm generãdi. nihil. n. agit in ſuũ ſimile ſed in ꝯ̄rio. Deinde poſuit ꝓpoſitionẽ ſecũdã. ⁊ dixit ⁊ iã diximus ꝙ motus ꝯ̄rioꝝ corpoꝝ ſunt ꝯ̄rii. i. ꝙ motus ꝯ̄riorum corpoꝝ ſimpliciũ ẽ ꝯ̄rius. ⁊ nõ ẽ dubitãdũ qum ꝯcludatur ex his duabus ꝓpoſitiõib⁹ quãuis iſte nõ ꝓpalauit hoc. quia motus omnis generati ſimplicis eſt ꝯ̄ri⁹ motui eius ex quo generatũ eſt. ſi ergo motus alicui⁹ corporis nõ habet ꝯtrariũ. ḡ neq̃ illud corpus h̃ ꝯ̄riũ ⁊ qum non h̃ ꝯ̄riũ. ḡ neq̃ ẽ gñãbile neq̃ corruptibile. quapropter dixit. poſt ⁊ qum ita ſit corpus p̄mũ nõ habet ꝯ̄riũ oĩno. nõ. n. motus circularis habet motũ ꝯ̄riũ. i. declaratũ ẽ ex ſuo ſermone, nõ ꝙ hoc ſit manifeſtum ꝑ ſe. D.d. bene ꝯſulta fuit nã qum poſuit ⁊c̃. ⁊ innuit ꝑ hoc ꝙ impoſſibile eſſet hec gñãtio ⁊ corruptio. ſi nõ eſſet corp⁹ nõ gñãbile vel corruptibile. hoc ẽ ꝯſiliũ p̄mũ ex opatione nature. ꝯſiliũ aũt ſcd̃m ẽ ꝙ qum voluerit facere corpus neq̃ gñãbile neq̃ corruptibile neq̃ fecit ei ꝯ̄riũ neq̃ gñãuit ipſũ ex ꝯ̄rio. qm̃ ſi haberet ꝯ̄riũ corrũperet ipſũ oĩno. qua ꝓpter neceſſe ẽ vt oẽ gñãbile ſit corruptibile ⁊ ex hoc apparet bene ꝙ corp⁹ celeſte nõ ẽ ꝯpoſitũ ex materia ⁊ forma: ſicut ſunt quatuor corpora ſimpliciũ. ⁊ ꝙ ẽ ſimplex. forme. n. que ſunt in mã ꝯ̄rie ſũt: ⁊ ſi eſſet forma in mã ſine ꝯ̄rio tũc nã ocioſe agẽt quum iſta materia nõ ſit aliqua potẽtia oĩno. In materia. n. nõ ẽ potẽtia niſi apud ſeparationem eius a forma. ſi igitur ſubſtantia materie ẽ i potẽtia ⁊ fuerit aliqua mã cuius potentia nunquam erit ad actum iſta potentia eſt ocioſa ⁊ ſuperflua. ⁊ ſi nõ eſſet generatio ⁊ corruptio nõ ſtaret operatio iſtius virtutis. ſ. potentie. operatio. n. iſtius potẽtie q̃ eſt ex ea que eſt abſciſſio ex acumine gladii. ẽ generatio et corruptio. ſi ergo iſta potẽtia eſſet ſine generatione ⁊ corruptione contingeret vt aliquod ens eſſet ſine actione ꝓpter quã fuit ens. quod eſt impoſſibile.

At vero ⁊ augumẽtabile omne augetᷓ a cõnaturali adueniente ⁊ reſoluto in materiam. huic autem non eſt ex quo factum eſt: ſi autem eſt ⁊ i augumẽtabile ⁊ incorruptibile eiuſdem intellect⁹ eſt ſuſcipere ⁊ inalterabile eſſe. eſt quidem enim alteratio motus ſecundum quale. qualis autem habitus quidam ⁊ diſpoſitiones non ſine his q̃ ſecundum paſſiones fiunt tranſmutationib⁹ puta ſanitas ⁊ langor ſecundum paſſionem autem quecunque tranſmutantur phyſicoꝝ corporum habentia omnia ⁊ augmentum ⁊ decrementum puta animalium corpora ⁊ partes ipſorum ⁊ plãtarum. ⁊ ſimiliter elementorum.

Etiã oẽ qd̃ augetᷓ ⁊ oẽ qd̃ corrumpitᷓ. niſi ex aliquo hõgeneo qd̃ fertᷓ i ipſum. diminuitᷓ ergo

paratũ ad corruptionẽ ĩ ſua mã: cõpꝰ aũt glorio
ſũ nõ ex aliquo oĩno. ꝛ ſi nõ recipit augmẽtatio
nẽ ꝛ additionẽ pp hoc ẽt recepit trãſmutationẽ.
neqꝫ lationẽ. tranſmutatio autẽ ẽ motus qualita
tis. ꝛ qualitates habẽt diſpoſitiones ꝛ formas: q̃
nõ ſunt ſine alteratione actiua. v. g. ſanitas ꝛ egri
tudo ꝛ viſum ẽ ꝙ omne corpoꝝ nãlium alterati
one alteratur per quã recipit additionez ꝛ dimi-
nutionẽ: ſicut corpora aĩaliũ: ꝛ partes eoꝝ: ꝛ cor
pora plãtaꝝ: ꝛ partes eoꝝ. ſimiliter alteratio ele
mentoꝝ mutatorum ad inuicem.

.21. Quum declarauit ꝙ corpus celeſte non recipit gene
rationẽ neqꝫ corruptionẽ quia nõ habet mãm neqꝫ
habet contrariũ: vult declarare ꝙ neqꝫ augumentuz neqꝫ
diminutionẽ neqꝫ iuuentutẽ: neqꝫ ſenectutẽ. ꝛ dixit. omne
quod augetur ꝛc. i. omne quod augetur ꝛ diminuitur nõ
augetur neqꝫ diminuitur niſi propter nutrimẽtum. nutri-
mentum autẽ oportet eſſe homogeneũ cũ nutriẽdo quum
in ipſo alteratur. quapropter nutrimẽtũ vltimũ rei debet
eſſe equale in ſpecie cũ mã eiuſ ex qua fit propinqua. v. g.
quia ſanguis eſt materia animaliuz contingit ut ſit nutri
mentũ propinquũ. diminuitur ergo qđ preparatũ ẽ corru
ptioni. i. ꝙ ſi nutriẽdũ nõ fuerit preparatũ corruptioni au
gumentabiť propter nutrimẽtũ aduenĩẽs. ſi aũt fuerit pre
paratũ corruptiõi diminuitur per ipſa elemẽta donec diſ
ſoluitur in mãm ex qua componitur aut in mãs. D. decla
rauit ꝙ corpus celeſte nõ habet homogeneũ. ꝛ dixit. cor-
pus aũt pmũ glorioſũ nõ eſt ex aliquo omnino. i. ꝛ omne
homogeneũ alicui in quãtũ eſt alteratio ꝛ tranſmutatio ĩ
ſbſtantia alterius eſt nõ homogeneum niſi propter mãm
cõmunem illis: ſed corpus celeſte nõ habet contrarium. ꝛ
quũ declarauit ꝙ non recipit augumentationem neqꝫ di
minutionez quum intẽdebat per corruptionẽ: niſi ſit error
ſcripture. Incepit narrare ꝙ nõ recipit tranſmutationem.
ꝛ dixit ꝛ ſi nõ recipit augumẽtationẽ ꝛ additionẽ propter
hoc non recipit tranſlationẽ: tranſmutationem: neqꝫ latio
nem: ꝛ intelligit per tranſmutationem: mutationẽ qualita
tum exiſtentium in eo quapropter dixit: neqꝫ lationem: et
non quia nõ recipit augumẽtationẽ non recipit immutati
onẽ: ſed propter cauſam propter quã non recipit augumẽ
tum nõ recipit tranſmutationez in qualitate. quapropter
iſtã cauſam nõ recipit tranſmutationẽ. D. incepit oſtendẽ
modum ex quo apparet ꝙ nõ recipit tranſmutationem: ꝛ
dixit tranſmutatio ẽ motus qualitatis ꝛc. i. nõ recipit trãſ
mutationez: quia tranſmutatio ẽ motus in predicamento
qualitatis. genera autẽ prima qualitatũ ſunt ſine alterati-
one vt genus qđ eſt animatuz in eo qđ eſt inanimatũ ꝛ ge
nus quod dicitur potentia naturalis: ꝛ genus quod eſt in
q̃titate i q̃tũ q̃titate ñ trãſmutať neqꝫ alteratiõe. alteratõ
enim non eſt niſi in habente ſubiectum. corpus aũt celeſte
non tranſmutatur omnino in qualitatibus que fiunt per
alterationem. Illuminatio autẽ ꝛ ſimilia ſibi ex qualitati
bus que non fiunt per alterationem non eſt impoſſibile ꝛ
ideo dixit in qualitatibus tamen ſunt diſpoſitiões que nõ
ſunt ſine alteratione. ſ. quorũdã. ſ. quattuor generum no-
torum. qua propter nõ eſt intelligendũ per tranſmutatio-
nem in hoc loco tranſmutationem que fit ſine tempore
que intrat in capĩm relationis vel illuminationis. D. d. ꝛ
viſum eſt quod omne corpus corporum naturalium ꝛc.
. i. ꝛ teſtatur ꝙ alteratio ẽ ex contradictionibus augumen
ti ꝛ diminutionis. ꝙ nos videmus ꝙ omne quod augetur
ex corporibus animalium ꝛ partibus eorum ꝛ corporibꝰ
plantaꝝ ꝛ partibus earum non augetur neqꝫ diminuitur
niſi per alterationem. ꝛ hoc nõ eſt tantũ in cõpoſitis ſꝫ ẽt
in ſimplicibus quod apparet ex eis quia nõ trãſmutãtur
ad inuicez niſi per alterum. concluditur ergo ex iſtis ꝙ oẽ
generatum ꝛ omne augmentatum alteratur alteratione
paſſiua. ſ. a qualitatibus actiuis. que ſunt calor ꝛ frigus: ꝛ
humidum ꝛ ſiccum: ꝛ ſunt vnum quattuor generꝝ quali-
tatis ꝛ hoc ergo impoſſibile eſt eſſe in corpore celeſti ꝛ ſiĩr
ꝙ ſequitur hoc: ut ſanitas: infirmitas: iuuentus ꝛ ſenectꝰ:
ꝛ omnia accidentia animalium prouenientia ab iſtis qua
litatibus. ꝛ etiam impoſſibile ẽ in eo eſſe mutatio qualita
tum que fit per alterationem: ꝛ nõ ẽ impoſſibile ut in eo
ſemper ſit vt figura. qualitates aũt quaꝝ alteratio non ẽ
cõtradictio ſecundum ſuum eſſe non eſt poſſibile: ut ſint ĩ
eo ſecundum mutationem ꝛ ſecundum eſſe.

Itaqꝫ ſiquidem circulare corpus neqꝫ aug-
mentum habere contingit: neqꝫ decrementũ ra-
tionabile ꝛ inalterabile. Quod quidẽ igiť ſẽpi-
ternũ ꝛ neqꝫ augmentũ habens neqꝫ decremen
tuz: ſed inſeneſcibile: ꝛ inalterabile: ꝛ impaſſibi
le eſt primum corpoꝝ ſiquis ſuppoſitis ex dictiſ
manifeſtum eſt. videť aũt ꝛ ratio apparentibꝰ te-
ſtificari ꝛ apparẽtia rationi. Omnes. n. homineſ
de diis habent exiſtimationem. ꝛ omnes eum q
ſurſum deo locum attribuũt: ꝛ barbari: ꝛ greci
quicũqꝫ putant deos: palam ut imortale imorta
li coaptatũ ſit impoſſibile enim aliter. ſiquidem
igitur ẽ aliquid diuinũ queadmodũ ẽ. ꝛ nunc di
cta de prima ſubſtãtia corporũ: dicta ſunt bene.
accidit aũt hoc ꝛ per ſenſum ſufficiẽter vt ad hu
manã dicere fidem. in omni enim preterito tẽpo
re ſecundum traditam inuicem memoriaz nihil
videtur tranſmutatum neqꝫ ſecũdum totum ex-
tremũ celum: neqꝫ ſecũdũ partem ipſius propri-
orum nulla. videtur autem ꝛ nomen datum eſſe
ab antiquis vſqꝫ ad tempus preſens hoc modo
exiſtimantibus. quo quidem ꝛ nos dicimus. nõ
enim ſemel neqꝫ bis ſed infinities oportet putaꝛ
eaſdez opiniones aduenisse ad nos: propter qđ
tanqꝫ altero quodez exiſtente primo corpore p̃-
ter terram: ꝛ ignẽ ꝛ aerem: ꝛ aquã ethera appel-
lauerunt ſupremum locum accurrere ſemper ſe-
piterno tempore ponẽtes denominationez ipſi.
Anaxagoras autez vtitur hoc nomine nõ bene
nominat enim ethera pro igne.

Et etiam ſi corpus rotundum nõ recipit ad
ditionem neqꝫ diminutionem. dignum eſt vt nõ
recipiat nec tranſmutationem neqꝫ alterationẽ:
qum igitur corpus glorioſuz ẽ permanẽs ſemp
propter hoc etiam non recipit additionez: neqꝫ
diminutionem: neqꝫ ipſum intrat ſenectus: neqꝫ
recipit paſſiones: ꝛ hoc bene manifeſtum eſt ex
eis que diximus eis qui voluerunt credere ꝛ ſu-
ſcipere ꝛ conſiderare propoſitionibus ꝛ ſyllogiſ
mis predictis: ꝛ ſuper ea ratio teſtatur viſui ꝛ vi-
ſus rationi. omnes enim homines conuenerunt
in hoc ꝙ hoc corpus glorioſum primũ: eſt locꝰ
ſupremum. ſ. greci: ꝛ alii primaꝝ gentium qui
cognouerunt deũ ꝛ diuinũ eiuſ: ꝛ dixerunt hoc.
quoniam illud ſuper quod non cadit corruptio:
neqꝫ latio debet eſſe in loco qui non corrũpitur
neqꝫ diminuitur neqꝫ tranſmutatur: neqꝫ alterať
ꝛ oportet eſſe ſicut eſt in loco qui non diminuiť
neqꝫ corrumpitur: neqꝫ tranſmutatur neqꝫ alte-
ratur: neqꝫ fertur carere additionem: diminutio-
nem alterationem: corruptionem ꝛ tranſmutati-
onem: ꝛ lationem: ꝛ creare quod unqꝫ recipit: ꝛ
patitur additionem ꝛ corruptionem: ꝛ tranſmu-
tationem: lationem: ꝛ alterationem: ꝛ impoſſibi-
le eſt: ut ſit contrarium eius qđ diximus: ꝛ recte

dixerunt in hoc qm̄ hoc corpus glorioſum perpetuū eſt. iam ergo declarauimus ⁊ demonſtrauimus ſufficienter ⁊ perfecte in prima ſubſtantia corpoꝝ: ⁊ induceemus teſtimoniū de viſu ⁊ ſufficiemus hominibus per ipſū ſufficientia pfecte. nō enim ceſſabit hoc corpus. ſ. celeſte p ſecula pteri ta ſm ꝙ hereditabūt hoīes vnus poſt alterū pmanendo in ſuo eſſe: neqʒ tranſmutatꝫ neqʒ alteratꝫ: neqʒ ſm totū neqʒ ſm partem oīo. antiqui aūt hoc videbant ⁊ in hoc cōueniebant ſm opinionē noſtram: ⁊ dixerunt in eo qḋ nos diximꝰ non ſemel neqʒ bis ſed pluries ⁊ puenerunt ad nos. videbant igiꝫ ⁊ dicebant ꝙ primū corpus eſt aliud a terra ⁊ ab igne ⁊ ab aere ⁊ ab aqua: ⁊ appellabant iſtū locum octauū ethereū nomine deriuatū in ſua actione. eſt eni in motu eterno velociſſimū pmanens ſine diminutiōe per ſe: neqʒ cum tranſmutatione neqʒ cum alteratione in ſe: neqʒ corruptione neqʒ leſione accidente ei in ſe. Anaximandros autē non vtebaꝫ hoc nomine ſm ſuā veritatē: quia vocauit ignem ethereum ⁊ peccauit in ſermone ſuo.

22 Uult oſtendere in hoc capitulo cōuenientiā inter ſenſum ⁊ rationē de iſto corpore ⁊ cōuenientiā teſtimonioꝝ antiquoꝝ ⁊ verba coꝝ obſcura i antiquo tpe dicta: ⁊ incepit dicere ⁊ etiā ſi corpus rotundū ⁊c̃. i. omne quod nō recipit augmentū neqʒ diminutionē neceſſe eſt vt non recipiat tranſmutationē neqʒ alterationē. oē.n. augmētabile eſt alterabile ⁊ non cōuertiꝫ. ⁊ eſt intelligere ꝙ ſi non recipit additionē ⁊ diminutionē propter cām quā diximꝰ. ſ. ꝙ caret ſubiecto neceſſe eſt vt ꝓpter illam cām non recipiat tranſmutationē neqʒ alterationē niſi large intelligāꝫ additio ⁊ diminutio. ſ. additio in quātitate ⁊ diminutio in ea: qḋ eſt tribus modis: aut ſm augmentū veꝝ ⁊ diminutionē verā: ⁊ hoc tm̄ eſt in plantis ⁊ aīalibus: aut ſm alterationē vt accidit aque ⁊ aeri ꝙ quā inſpiſſanꝫ ſiunt minoris quātitatis: ⁊ hoc multū inueniꝫ in corporibus conſiſtētie nature: ut accidit in miſto: tertius aūt eſt additio ſm accumulationē ⁊ hoc inueniꝫ in corporibus ꝯſimiliū partium cōpoſitis: ut in miſtis aeris: ⁊ inueniꝫ etiā in elemētis ⁊ eſt ut ſuper rē addanꝫ aliqua alia extrinſeca ⁊ ꝯtineanꝫ cū prima: ⁊ ſm hoc dixit ꝙ ignis augeꝫ a predictis. omne ḡ qḋ non recipit augmentū neqʒ diminutionē non recipit alterationē neqʒ tranſmutationē. omne.n. tranſmutabile ⁊ alterabile recipit additionē ⁊ diminutionē hoc modo. ſm ergo ꝯuerſionē ḡ contrarie ꝯtingeret vt omne qḋ non recipit additionē hoc modo: neqʒ diminutionē non recipiat alterationē. ⁊ quā declarauit hoc dedit ꝯuerſū eiꝰ ⁊ dixit: ſi igit hoc corpus glorioſū ſemper pmanet ⁊c̃. ⁊ hoc manifeſtū eſt ſine dubio: qm̄ ſi reciperet additionē ⁊ diminutionē non ſemper pmaneret: ḡ qḋ ſemper pmanet nunq̄ recipit additionē neqʒ diminutionē. D. d. neqʒ intrat ipſū ſenectus ⁊c̃. i. ꝙ illud cui non ꝯtingit additio neqʒ diminutio: neqʒ ꝯtingit ei ſenectus neqʒ trāſmutatio neqʒ recipit qualitates actiuas. ⁊ cā in hoc ē qꝛ caret mā. ⁊ videtur ꝙ non poſuerit priuationē additionē niſi ad ſignificandū ꝙ non recipit ſenectutē: ⁊ vniuerſaliꝫ neqʒ alterationē. manifeſtū eſt.n. ſenſui ꝙ non recipit alterationē neqʒ diminutionē: qm̄ ꝯſiderātes ſtellas in tempore antiquo ſemp inuenerūt corpora eoꝝ in eadem quātitate: ⁊ hoc manifeſtū eſt ſenſui. D. d. ⁊ hoc manifeſtum eſt ſenſui ⁊c̃. ⁊ dixit hoc qm̄ multi homines non poſſunt recipe primas ꝓpoſitiōes aut propter diminutionē innatā in natura: aut propter paucitatē exercitationis: aut propter peſſimā ꝯſuetudinē que radicata eſt in eis: ut videmus accidere eis qui p̄mo acceperūt doctrinas apparentes: ſed tm̄ falſas: qm̄ iſti negāt neceſſariū eſſe ⁊ poſſibile ⁊ impoſſibile niſi in deo tm̄. in omnibus aūt alijs non ꝯcedunt neqʒ neceſſariū eſſe neqʒ poſſibile neqʒ virtutes agentes in corporibus neqʒ paſſiuas: ⁊ omne hoc eſt error atqʒ peccatū. D. d. ⁊ ratio teſtaꝫ viſui ⁊ viſus rationi. ⁊ quā tales ꝓpoſitiōes in eis dixit Albumazer ꝙ fides eſt ꝓpinquiſſima veritati certe. ⁊ quū Galienus exiſtimauit ꝙ nullus poteſt ſcire mundum eſſe eternū niſi propter has ꝓpoſitiōes quaꝝ origo a ſenſu ⁊ teſtimonio vetuſtatis: dixit in ſuo libro quē cōpoſuit i eis que credit ꝙ nullū certū habebat de mūdo vtꝝ eſſet nouus aut antiquus: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ ipſe non vtiꝫ in antiquitate mūdi niſi talibus ꝓpoſitionibꝰ ex verbis ſuis in libro ſuo quem appellauit demōſtrationē. ⁊ quā dixit ꝙ ſenſus teſtaꝫ rationi: in hac ratione incepit dare ſignificationes ex ꝓpoſitionibꝰ famoſis apud plures gentes dicēdo: omnes hoīes conueniūt ⁊c̃. ⁊ teſtaꝫ huic qḋ diximus ꝙ omnes gentes que ꝯcedūt deū eſſe conueniūt in hoc ꝙ celū eſt locus dei ⁊ alioꝝ ſpirituū qui vulgariter dicūtur angeli: ſimiliꝫ inueniꝫ in oībus legibus que ſunt in hoc tēpore. leges aūt nō differūt a legibus grecoꝝ niſi ꝙ iſte leges dicunt angelos eſſe corporeos. ⁊ quū dixit ꝙ omnes gentes que cōcedunt deū eſſe ꝯueniūt in hoc ꝙ ipſe ⁊ alij ſpūs ſunt in celo. D. quō ſequiꝫ a ſermonibus eoꝝ ꝙ celū eſt ingenerabile ⁊ incorruptibile. D. d. ⁊ dixerūt quoniā illud ſup qḋ non cadit ⁊c̃. i. ⁊ ꝯfeſſi fuerint eternitatē celi ſm ꝙ apparet ex ſuis verbis. qꝛ credebāt deū ⁊ alia ſpūalia eſſe ſine generatiōe ⁊ corruptione: ⁊ ideo viderūt ꝙ neceſſario fuit ꝙ locus eoꝝ ſit huiuſmodi ⁊ debet ſciri deū in celo eſſe ⁊ corpus in loco ⁊ aquā in vaſe: ⁊ iam declaratū eſt hoc in fine. viij. phyſi. modus ſm quē dr̄ deū eſſe in celo ⁊ poſt declarabiꝫ magis in ſcientia diuinali. D. d. ⁊ oportet ſicut eſt in loco ⁊c̃. pōt intelligi hoc p primū principiū: ⁊ pōt intelligi per celū: qm̄ ambo poſſunt eſſe vera ⁊ intendebat dicere ꝙ illud cuius nā nō recipit additionē neqʒ diminutionē ⁊ alia oportet agere tranſmutationē ⁊ ceteras alias mutationes: ⁊ non tm̄ agit has tranſmutatiōnes ſed ⁊ recipientia has trāſmutatiōnes. D. d. impoſſibile eſt vt ſit econtra: ⁊ innuit p hoc ligamēta inter generabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ corpus ingenerabile ⁊ incorruptibile ⁊ ligamentū iſtius corporis cū ente eterno non corporeo neceſſariū eſt.n. ut ſit corpus ingenerabile ⁊ incorruptibile qḋ nunq̄ in ſua ſbā tranſmutaꝫ niſi tm̄ in loco ita ꝙ ipſo tranſmutato ſemp in loco remanente ſubſtantia nō ceſſet agere alias mutatiōes predictas in corporibus que ſunt ſub ipſo: ⁊ etiā non ceſſat generare recipiētia iſta: neceſſariū eſt.n. ut inter principia eterna ⁊ res generabiles ſit ens talis modi: ⁊ ſi non eſſet ita impoſſibile eſſet ꝙ a principijs eternis ꝯueniret alia actio temporalis. actio.n. eterna eſt neceſſario: ⁊ hoc innuebat quā dixit: Impoſſibile eſt vt ſit ecōtrario: hoc ē ergo qḋ dixerunt antiqui ⁊ eſt manifeſtū in ſe: ⁊ ideo via loquentiū de lege noſtra ad ꝓbandū deū eſſe non inducit eas niſi ad corpus eternū neceſſario: qm̄ quā poſuerit mundū eſſe nouū ꝯtinget neceſſario ut inq̄tū eſt nouū ſit generatū. ⁊ qꝛ omne generatū habet generans: ⁊ omne generatū non generaꝫ niſi poſtq̄ p̄mo alteraꝫ in qualitate agente neceſſario eſt ꝙ alterans ipſū ſit corpus. quapropter neceſſe eſt ut ante mundū eēt corpus alterans ipſū. ⁊ ſi ponaꝫ illud corpus generatū cōtingeret ut prius eſſet aliud corpus ⁊ ſic in infinitū. neceſſario ḡ oportet ut ſit corpus alterans non alterabile neqʒ generabile oīo: ⁊ ꝑſcrutaꝫ de hoc corpore. apparet aūt ꝙ impoſſibile ꝙ ſit ſemp mobile p ſe niſi p principiū extrinſecū non corporeū: neqʒ ꝙ ſit virtus in corpore. Reuertamur ergo ad ſermonē noſtrū: iam ḡ declarauimus in prima ſbā illius corporis. i. declaratū eſt ex hoc ꝙ primum corpus oportet eſſe huiuſmōi. ſ. ut nō recipiat ꝑmutatio-

nē neqꝫ alia ꝙ ſi non eſſet ita non eſſet primum alterans. D.o. ⁊ inducemus teſtimonia ad illud ⁊c̄.i.ad hoc qđ apparet ratiōe ex hoc qđ apparet ſenſui: ⁊ dixit ſufficiemus per ipſum qm̄ ſufficere p illud facere qđ ſenſui videt: ⁊ nō apparet aliqua hora aliquod cōtrariū iſti ſufficientie ſed ſemper pmanet in eodem loco in ſufficientia pfectiſſima: ⁊ talis ſufficientia qñ non fuerit ſuſtentata per aliquid eſt de modis propinquis veritati certe.quꝫ aūt fuerit ſufficiētia p demonſtrationes certas erit cōplementuꝫ illoꝝ ſermonū:qm̄ ex contradictione ſermonū demonſtrabiliū eſt ɔuenientia ſenſus.qm̄ autē differentes ſunt demōſtrationes quarū altera teſtat̄ ſenſus ⁊ altera non:aut quia non eſt innata ſentiri:aut qꝛ non poſſibilis vt ſentiat̄:fides prime demōſtrationis erit magis pfecta ⁊ appellauit hāc ſufficientiaꝫ: qm̄ hic modus credendi cōpoſitus eſt ex ſenſui teſtimonio: quapropter eſt ſufficientior ſermonibus pbabilibus: ⁊ ingꝛtuꝫ intrat ipſum teſtimoniū deſcendit a ſermonibus demonſtrabilib᷒: quapropter dixit: ⁊ inducem᷒ in hac teſtimoniū per viſum ⁊c̄. ⁊ hoc qđ dixit eſt verū: ⁊ cōueniūt in hoc omnes gentes qm̄ nūꝙ̄ fuit relatū ab hominibus alicuius ſeculi ꝙ ipſi viderent trāſmutationē in celo neqꝫ ſm totū neqꝫ ſm partē. ⁊ quia ipſe fuit pmo dicens ex phyſicis grecis ꝙ̄ celū eſſet ingenerabile: dedit teſtimoniū ex caldeis.dicit̄.n.ꝙ philoſophia pfecta erat tpe eaꝝ ſicut tempore Ariſ. ⁊ dixit: ⁊ hoc intendebāt antiqui ⁊ in eo ɔuenerūt ⁊c̄.i. ⁊ illud qđ relatū eſt ab antiquis in natura iſtius corporis:cōuenit ei quod in eo diximꝰ.ſ.ꝙ ē natura quinta.dicebant.n.ꝙ aliud eſt.iiij.elemētis ⁊ deriuauerunt ei nomē a voluntate motus ⁊ eius permanētia ſ.ethereū:quapropter credimus ꝙ illi dixerūt ipſū eſſe naturā quintā: ꝙ quum ſit natura quinta non habet ɔ̄riū: ſi eni haberet contrariū eſſet natura ſexta.cōtraria.n.dicūt eſſe paria ſicut in corporibus ſimplicibus.iiij.elementoꝝ ⁊ quia non habēt ɔtrariū non habent naturā:neqꝫ eſt generabile neqꝫ corruptibile. ⁊ quia quidā antiquoꝝ peccauerūt in intellectu huius naīs.ſ.ether: oſtendit Ariſ.peccatū ſuū dicendo: Anaximandros non vtebat̄ ⁊c̄ .i.ꝙ nō vtebat̄ hac nomine ſm verā interpretationē: quum exiſtimabat ꝙ hoc nomē ſimpliciter non erit niſi de igne: ⁊ credidit propter hac ꝙ celum eſſet ignis: dixit: ⁊ eſt error in idiomate.ſ.ꝙ hac namen non erit de igne ſed de velacitatis. ⁊ quꝫ ignis eſt leuis eſt velocis motus: exiſtimauit ꝙ hoc namen diceretur de ea.

Manifeſtauit autem ex dictis non numeruꝫ eſſe pluralem dictoꝝ corpoꝝ ſimpliciū. ſimplicis.n.corporis neceſſe ſimplicē motū eſſe.ſolos autem hos eſſe ſimplices dicimus qui circuꝫ: ⁊ eū qui in rectū ⁊ huius duas ptes:hunc quideꝫ a medio:alterum autē ad medium.

Manifeſtū eſt igitur ex hoc quod diximus ꝙ hec corpora ſimplicia eſt impoſſibile vt eſſent plura: ⁊ iam diximus ꝙ motus corpoꝝ ſimpliciū eſt ſimplex neceſſario.dicimus etiaꝫ ꝙ mot᷒ ſimplices ſunt duo.ſ.motus circularis ⁊ motus rectus: ⁊ ꝙ motus equalis iſtoꝝ duoꝝ motuuꝫ aut eſt ad medium aut a medio.

23 Ideſt declaratū eſt iam ex omnibus iſtis ſermonibus predictis ꝙ corpora ſimplicia ſunt quinqꝫ: quatuor mobilia motu recto: ⁊ vnū mobile circulariť. ⁊ quꝫ dixit cōcluſionē dixit ꝓpaſitiones radicales ex quibus ɔcludebatur ⁊ dixit: ⁊ iaꝫ diximus etiā ꝙ motus carpoꝝ ſimpliciū ⁊c̄.i. ⁊ hoc quod diximus declaratū eſt ex ꝓpoſitionib᷒ ꝓpoſitis.ſ.ꝙ motus corpoꝝ ſimpliciū oportet ꝙ ſit ſimplex ⁊ ecōuerſo.ſ.ꝙ motus ſimplices oportet ꝙ ſint corpoꝝ ſimpliciū: ⁊ poſuimus cū hoc ꝙ motus diuidit̄ primo in duo ſ.in circularē ⁊ rectū: ⁊ ꝙ rectus diuidit̄ in duo: aut a medio aut ad mediū: ⁊ vterqꝫ iſtoꝝ aut ſimpliciter aut in reſpectu: quapropter motus ſimplices debent eſſe quinqꝫ: quatuor recti ⁊ vnus circularis.corpora ğ ſimplicia ſunt quinqꝫ cū numerus coꝝ ſit ſm numeꝝ motuū ſimpliciū.

Quod aūt non eſt circulatiōi contraria alia latio.ex multis vtiqꝫ quis accipiet fidē:primum quidem quia circulari rectuꝫ opponi ponimus maxime.

Et motus circulares non habent contrariuꝫ omnino. ⁊ poteſt cōſiderans in hoc ſufficere ex multis: quoꝝ vnuꝫ eſt qm̄ ſi poſuerimus motū circularē habere motū contrariū erit motus rectus dignior vt ſit contrariū.

24 Qum primū poſuit ſine demōſtratione ꝙ corpus rotundū non habꝫ contrariū: ex quo declarat ꝙ non habꝫ ſubiectū ⁊ ꝙ nō eſt generabile neqꝫ corruptibile: ⁊ ꝙ nullū corpus eſt ſextū: vult modo illud declarare qđ poſuit: ⁊ pōt hoc ɔſideranti ſufficere ex multis: ⁊ intelligit ſꝫ ſufficientiā fidē perfectā: non abūdantiā exiſtimatōis: ⁊ hec demōſtratio eſt accepta loco maioris ſi motus circularis habet cōtrariū: erit dignius vt motus rectus ſit cōtrariuꝫ eius ꝙ̄ circularis: ⁊ quꝫ motus rectus non eſt ei cōtrariuꝫ ergo p locū a maiori: nec circularis erit ei cōtrariū. ⁊ hac fuit neceſſariū: qm̄ motus rectus differt a motu circulari ſm ſpēm. circularis aūt a circulari non differt ſm ſpēm: ⁊ contrariū differt a contrario: ğ illud quod differt ſm ſpēꝫ dignius eſt vt ſit contrariū ꝙ̄ illud qđ conuenit ſm ſpēm ⁊ manifeſtū eſt ğ ꝙ motus rectus non eſt contrarius motui circulari: qm̄ duo ɔtraria dicunt̄ eſſe in eodē ordine ſꝫ genus quod diuidit̄ per ipſa: ⁊ vt ſit remotio inter ea vltimo in fine remotiōis: ⁊ remotio inter motus non eſt niſi ſm locū. ⁊ quia non eſt ɔtrarietas inter locū motus circularis ⁊ recti: ğ nec eſt inter mot᷒. iſtud.n.qđ reuoluit̄ circa mediū non cōtrariat̄ ei qđ mouet̄ a medio uel ad mediū ſicut eſt contrariū illud qđ mouetur a medio ei qđ eſt ad mediū: ⁊ hoc motū eſt per ſe: ⁊ etiā ſi inter corpus celeſte ⁊ elementa eſſet ɔtrarietas oporteret ꝙ corrumperent̄ ab inuicem ſicut eſt in elemētis: ſed apparet ɔ̄riuꝫ. corpora.n. celeſtia conſeruāt elementa ⁊ ɔtinent ipſa ⁊ vniuerſaliter ſunt in eis quaſi forma: ⁊ hoc oīo ſcitur ꝙ inter ea ⁊ ea q̄ ſunt ſub eis non eſt ɔtrarietas oīo: ⁊ qum ita ſit dignius ē vt inter corpora celeſtia non ſit contrarietas.

Concauū.n. ⁊ gibboſum non ſolū adinuicē oppōi videt̄: ſed ⁊ recto cōbinata ⁊ iuxta ſe poſita. Itaqꝫ ſiquidem aliqua cōtraria eſt eam que in recto maxime neceſſariū contrariā eſſe ad eū qui in circuitu motum.

Motus auteꝫ concauus qui eſt in ventre arcus: ⁊ motus gibboſus qui eſt ſuper dorſum arcus ſunt contrarij: ⁊ ſunt contrarij motui equali in ſuis formis ⁊ ſuis cōpoſitionibus.ſi ergo motus contrarius inueniat̄ motui equali preter iſta neceſſario habebit motus circularis cōtrariū.

Qum poſuit autē ꝙ ſi motus circularis habeat ɔ̄riuꝫ dignius eſt vt ſit motus rectus. vult declarare modū ſm quē eſt dignius: ⁊ eſt ꝙ circularis differt a recto duobus modis oppoſitis.ſ.gibboſitate ⁊ cōcauitate arcus: circularis autē a circulari non differt in aliquo modo modoruꝫ oppoſitoꝝ: Dixit motus autē concauus ⁊c̄. intelligit per contraria oppoſita ſm relatianē.hec.n.diſpoſitio eſt gibboſi cū concauo. Et quꝫ dixit ꝙ iſti duo modi ſunt oppoſiti: incepit declarare ꝙ differunt a motu equali in diffinitione ⁊ forma: ⁊ hoc intelligit quꝫ dixit: In formis ſuis ⁊ cōpoſitionibꝰ.i.ꝙ circulare non eſt contrariū recto ꝙ̄uis differat ab eo his duabus oppoſitiōib᷒ digni᷒ eſt vt non ſit ei contrariū circulare. D.o.ſi igit̄ inueniat̄ aliqͤs motus

contrarius motui ⁊c̄.i. ⁊ quia motus rectus ſit dignior vt ſit cōtrarius circulari ꝙ alius manifeſtū eſt ꝙ ſi inueniat̄ aliquis motus cōtrarius motui circulari p̄ter rectū .q.d. alius circularis dignius eſt vt rectus ſit eius ꝯtrariꝰ: ⁊ hoc voluit dicere qū dixit: neceſſario eſt etiā motui circularis ꝯtrariū.i.neceſſario erit motus rectus ꝯtrarius circulari. D.incepit declarare ꝙ motus rectus non eſt cōtrarius ad ꝯcludendū oppoſitū p̄cedentis.ſ. ꝙ motus circularis nō habet contrarium omnino.

Que autem in recto adinuicē opponuntur propter loca: qd̄ enim ſurſū ei qd̄ deorſum ⁊ loci eſt differentia ⁊ contrarietas.

latã cũ terra: qũ auferẽt nõ ꝯſequit ipſã illa pars niſi vio
lente ꝑpter hanc cauſã: q̃a terra eſt grauis ſimplicit. i. nul
lam hꝫ leuitatẽ: ita debet eẽ cũ imaginauerimꝰ aliquã ptẽ
aeris copulatã cũ ſupficie ignis expulſam ad inferius. ſ. ut
ignis nõ moueat ad eius aeris locũ niſi violẽte: quꝫ nullã
habeat grauitatẽ. declaratũ eſt igit ex hoc ꝙ ignis mouet
violente ad locũ aeris: ⁊ aer ad locũ eius ex hoc qđ prius
declarauimꝰ: qm̃ autẽ aq̃ mouet violẽte ad locũ aeris ma
nifeſtũ eſt ſenſui: ⁊ ſilr̃ mouet ſpõte ad locũ terre: ⁊ ſiliter
mouet violẽte ad locũ aque. Sunt igit q̃nqꝫ rõnes: quaꝝ
due ſunt manifeſte ſenſui. ſ. motus aque ad terre locũ ſpõ
te: ⁊ morꝰ eius violẽte ad locũ aeris: ⁊ ſunt declarate tres
demõſtrationes. ſ. q̃rũ vna ē morꝰ aeris ſponte ad locũ aq̃
⁊ motus eiꝰ violẽte ad locũ ignis: ⁊ morꝰ ignis violẽte ad
locũ aeris. D. d. declaratũ eſt igit ⁊c. i. declaratũ eſt graue
corpus eſſe ſimplicit ⁊ corpus graue eſſe ſm cõparationẽ
ad aliud corpus. graue eni ſimplicit differt a cõparatiuo:
q̃a graue ſimplicit nõ dicit ſm cõparationẽ ad aliqđ cor
pus: ⁊ graue cõparatũ ſm cõparationẽ ad aliud: ⁊ quꝫ ita
ſit ſicut prius eſt graue in ſe. ⁊ qũ narrauit graue ſm cõ
paratione eſſe: dedit cauſã in hoc: ⁊. d. eſt eni graue aut in
ſuo loco aut in loco corporis ꝯtinẽtis. i. ⁊ diximus graue
eſſe ſm cõparationẽ: q̃a videmus quedã corpora grauia i
loco corporis ſupioris ⁊ in ſuis locis: ⁊ intelligendũ eſt ꝑ
grauitatẽ in ſuis locis qđ ſuperꝰ diximꝰ. ſ. expulſionẽ corꝝ
a faciente violẽtiã facile ad inferius. D. d. propt ſilitudinẽ
ſue materie ⁊c. i. ⁊ ideo hec corpora qũ fuerit extra ſua
loca mouent ad ipſa: q̃a materia corporis moti ſimile eſt
corpori cuius vltimũ eſt locus corporis moti. V. g. ꝙ aer
ideo mouet in loco ignis ad inferius: q̃a querit vltimũ ſi
mile. ſ. cõcauũ ignis. iam eni declaratũ ē ꝙ cõtinẽs cuiuſli
bet iſtorũ eſt. q. forma cõtẽti. ⁊ quia h̃ vult dare cauſã pro
pter quã quedã ſunt pfectiones quorundã in vbi: ⁊ eſt: q̃r
vnã materiã habẽt: qm̃ ſi ita diuerſificarent in materia ſi
cut in forma: tũc ſe fugerẽt ad inuicẽ ⁊ ſegregarent in loco
⁊ nõ mouerent ad inuicẽ ſm pfectionẽ: qũ cõtraria fu
giant ſe ad inuicẽ: ⁊ ꝯſimilia ſunt ea etiã que copulant ad
inuicem.

Quod autẽ neceſſariũ facere equales differẽ
tias ipſis manifeſtũ. Siquidẽ enim vna materia
omniũ: puta aut vacuũ: aut plenũ: aut magnitu
do: aut trianguli: aut omnia ſurſum: aut oia deor
ſum ferunt: altera autẽ latio nõ erit. Itaqꝫ aut le
ue nihil erit ſimpliciter: ſed omnia declinãt ⁊ ma
gis eo quod ex maioribus ſint corporibus: aut
ex pluribus: aut quia plena. hoc autẽ videmus

⁊ oſtenſum eſt: quia ſimiliter deorſuq̄ʒ ſemper ⁊ vbiq̄ʒ fertur ⁊ ſurſum. Si aūt vacuū aut aliquid tale quod ſemp ſurſum nō eſt qđ ſemp deorſum. Et intermedioꝝ vtiq̄ʒ quedā erūt deorſum velocius terra. In multo enim aere trianguli plures aut ſolida aut plana erūt: nō videt̄ aūt neq̄ʒ vna particula aeris deorſū lata: ſimiliter aūt ⁊ ī leui.

Et quum ita ſit manifeſtū eſt ꝙ non oportet aliud corpus aſcendere ſuper hoc corpus leue ſimpliciter ut ſunt duo contraria: quoniā ſi materia grauis ⁊ leuis eſſet eadem. ſ. vacuū ⁊ plenū: aut magnitudo ⁊ trianguli: tūc omnia corpora mouerentur aut ad ſuperius aut ad inferius: ⁊ nihil erit leue ſimplicit̄: quum omnia corpora mouent̄ ad inferius ex quo cōponunt̄ ex corporib᷒ magnis aut multis: aut ex reb᷒ plenis ſolidis: ⁊ hoc eſt falſum. videmus eni aliqđ corp᷒ moueri ſemper ſuperius: ⁊ aliqđ ſemp inferius: q̄a ſi vacuuʒ eſſet cauſa leuitatis nullū corpus moueret̄ ſemp ad ſuperius: ⁊ nullū moueret̄ ſemp ad inferius. ⁊ tunc aliqđ corpus ſimpliciū moueret̄ ad inferius citius q̄ʒ terra. Quoniā poſſibile eſt ut ī hoc ſint cū triangulis ⁊ corporibus ſolidis pluſ q̄ʒ in corporib᷒ grauib᷒. Sed nullā partē aeris videmus moueri ad inferius. ⁊ ſimiliter etiam eſt dicendum de corpore leui.

40 Uult rememorari illud qđ declaratū eſt de differētia que eſt int̄ ſuū ſermonē ⁊ ſermones antiquoꝝ. ſermo eni eius cōtingit graui ⁊ leui ſimplicit̄: ⁊ ſm̄ cōparationē antiquoꝝ aūt nō conuenire videt̄ niſi in eis que ſūt ſm̄ cōparationē. U. g. ꝙ dicētes vacuū ⁊ plenū eſſe cauſā leuis ⁊ grauis: ⁊ ꝙ i leui vincit vacuū: ⁊ in graui plenū: neceſſe eſt ut nihil ſit leue ſimplicit̄ aut graue ſimplicit̄. quum eni poſuerimus aliq̄d corp᷒ leue in q̄ vacuū vincit plenū in aliq̄ proportione: poſſibile ē inueniri aliq̄d corp᷒ in q̄ ꝓportio vacui ad plenū erit maior illa: q̄propt̄ h̄ corp᷒ dʒ aſcēdere ſup illud p̄mū. ⁊ ſilr̄ etiā poſſum᷒ īuenire tertiū aſcēdens ſup ſecundū ⁊ quartū: ⁊ ſic i infinitū: vnde nullū corp᷒ videbit̄ aſcēdere ſup oia: ⁊ ſilr̄ de graui. vnde videbit̄ ꝙ nullū corpus erit graue ſimplicit̄: ⁊ ſic nihil erit inferi᷒ ſimplicit̄ aut ſuperi᷒ ſimplicit̄: ⁊ ſic loca erūt infinita: ⁊ ideo mot᷒ eoꝝ erūt infiniti: qđ eſt ꝯ̄riū ei qđ ē poſitū. ⁊ ſilr̄ ꝯtingit platoni ⁊ ſequacib᷒ ei᷒ ponētib᷒ cauſā leuitatis ⁊ grauitatis eſſe multitudinē ⁊ paucitatē trianguloꝝ: ⁊. d. ⁊ ſi ita ſit manifeſtū eſt ⁊c̄. i. ⁊ ſi loca ſint terminata ex q̄ inueniunt̄ graue ⁊ leue ſimplicit̄: manifeſtū ē ꝙ īpoſſibile eſt īuenire corpus aſcendēs ſupra leue ſimplicit̄ aut deſcēdens ſub graui ſimplicit̄: ⁊ ideo. d. ut ſint duo ꝯ̄ria ⁊c̄. i. ꝙ quum nō fuerit poſitū leue ⁊ graue ſimplicit̄: tūc leue nō erit ꝯ̄riū graui. Cōtraria eni ſūt ea q̄ maxie diſtāt. quum aūt ſupra om̄e corp᷒ leue inuenit̄ corpus leui᷒: ⁊ ſub om̄i graui īuenit̄ graui᷒: nullum erit corp᷒ leue q̄d maxie diſtet a graui. vnde nō erūt ꝯ̄ria: ergo non habebūt mediū: ⁊ ideo ꝯtingit ponētib᷒ leue ⁊ graue ſm̄ cōparationē ⁊ nō abſolute ponē media ſine cōtrarijs int̄ q̄ ſunt illa media. D. d. qm̄ ſi materia grauis ⁊ leuis ⁊c̄. i. ⁊ ſi cā grauis ⁊ leuis eēt vacuū ⁊ plenū ut Pythagoras. d. aut magnitudo ⁊ paruitas trianguloꝝ ut plato. d. aut multitudo ⁊ paucitas ptiū ut Democritus. d. tūc nihil eſſet graue aut leue ſimplicit̄. D. d. ⁊ oia corpa mouerent̄ ad ſuperi᷒ ⁊ ad inferi᷒. i. ⁊ eēnt media. hec. n. eſt diſpoſitio medij. ſ. ut in eo ꝯgregent̄ ꝯ̄ria. D. d. ⁊ nihil eēt leue ſimplicit̄ aut graue: ⁊ iā declarauim᷒ in ꝓlogo hui᷒ capituli quō h̄ ꝯtingit eis. D. d. quum oia corpa mouerent̄ ad inferi᷒. i. quum ꝯtingit huic poſitioni ut oia corpa moueret̄ ad inferius aut ad ſupi᷒: q̄a grauia cōponunt̄ ex triangul̄ magnis aut ex ptibus multis: ⁊ leue ex triangulis paruis: aut ex partib᷒ paucis: ⁊. d. ꝙ ꝯtingit huic poſitioni ꝙ oia mouerent̄ ad inferius: quia quum poſuim᷒ aliqđ corp᷒ graue ꝓpter multitudinē partiū: poſſibile ē inuenire aliquod corpus pluriū partiū: q̄d quapropt̄ mouebit̄ ad inferius p̄dicti corporis: ⁊ ſi accepimus aliq̄d pluriū partiū q̄ ſit ſecundū mouebit̄ etiā ſub ſecūdo: ⁊ ſic i infinitū: ergo poſſibile eſt ut ſub om̄i corpe deſcēdat aliud: ⁊ ſup om̄e corp᷒ aſcēdat aliud. hec igit̄ eſt intētio ſui ſermonis ⁊ oia corpa mouent̄ ad inferius. U. g. ꝙ ſi cā leuitatis ignis ē: q̄a ē paucioꝝ partiū q̄tuor elementoꝝ: ⁊ poſſibile ē imaginari corpus paucioꝝ partiū igne: erit corp᷒ tūc aſcēdens ſup ignē ⁊ erit ignis grauis i loco illi᷒ corporis quum deſcēdet ex eo ad ſuū locū: ⁊ ſilr̄ ꝯtingit ut h̄ corpus etiā ſit graue i aliquo loco ſupiori. D. d. ⁊ h̄ falſum ē ponē ⁊c̄. i. ⁊ falſū ē ponere ꝙ om̄e corp᷒ mouet̄ ad illud qđ ē inferius. D. d. videmus eni aliq̄d corp᷒ ⁊c̄. i. ⁊ ſignū eius ꝙ nō om̄e corpus ē poſſibile moueri ad inferius: eſt: q̄a videm᷒ ignē ſemp moueri ad ſupius ⁊ nūq̄ ad inferius: ⁊ terrā ſemp ad inferi᷒ ⁊ nunq̄ ad ſupius: ⁊. d. hoc: q̄a quum nullus locus inuenit̄ ſup locū ignis: impoſſibile ē ut imaginaret̄ illic locus in q̄ eſſet grauis. cā igit̄ grauis ⁊ leuis ut ſint ſimplicit̄ ē terminatio in parte ſupiori ⁊ inferiori ſimplicit̄: ⁊ cā ꝙ ſupi᷒ ⁊ inferius ſint ſimplicit̄ ē finitas extremoꝝ loci. ⁊ cā finis extremoꝝ in loco eſt: ꝙ vnū extremoꝝ eſt circūferētia ⁊ aliud eſt centrū: ⁊ ſi nō: tūc finitas nō inueniret̄ ī longitudine recti. longitudo eni recta nō ē finita p ſe: ſed ꝓpter aliq̄d finitū p ſe. ſ. longitudinē rotundā. ⁊ ex h̄ apparet ꝙ loca ſunt tm̄ duo: ⁊ īpoſſibile ē plures eſſe mūdos vno. cā igit̄ mot᷒ ad ſuperi᷒ ⁊ ad inferius ē forma corporis: ⁊ cā forme ē locus: ⁊ cā loci ē corpus ſpericū. ⁊ iam apparet h̄ ꝙ nō eſt de locis iſtoꝝ ſicut eſt de locis alioꝝ corporū nālīū. loca eni in vltimis elemētis ſūt cauſe locatoꝝ: in alijs aūt corporibus ē ecōuerſo. ſ. ꝙ locata ſūt cauſe locoꝝ: lʒ h̄ inueniat̄ in eis ſm̄ p̄us ⁊ poſteri᷒ ⁊ nō eq̄lr̄. ſ. ꝙ cōpoſitoꝝ id q̄d ē vicinius elemētis locus eius ē ei ⁊ magis neceſſari᷒: ⁊ indiget plus loco ſm̄ illud eē: ⁊ quāto remotius tāto minus: ita ꝙ exiſtimat̄ ꝙ eēntia locati eſt necītas eē loci: ⁊ ſm̄ h̄ non eſt impoſſibile ut differētie ſubſtātiaꝝ ſint accidētia. pōt autē aliq̄s dicē quum locus ſit accidēs quō pōt eē cā ſb̄e: ⁊ hoc ē impoſſibile ut videt̄ famoſe: ſed demōſtratio inotuit iā circa h̄. ⁊ cā in h̄ eſt: q̄a forme elemētoꝝ ſūt diminuti eē: qm̄ quāto magis forma erit pfectioris eē tāto magis erit manifeſtius ut ſū accepta i diffinitione accidentiū in formato: ⁊ quāto magis ſūt diminuti eſſe tāto magis erit ecōuerſo: ⁊ ideo videm᷒ ꝙ calidū ⁊ humidū ⁊ frigidū ⁊ ſiccū ſunt cāe in formis elemētoꝝ: ⁊ ſūt cauſate in formis aialiū. ⁊ ſilr̄ eſt de trib᷒ dimēſionib᷒ cū p̄ma mā. ſ. ꝙ ſūt p̄me formarū exiſtentiū i ea i actu: ⁊ ideo putauerūt quidā ꝙ corporeitas eſt ſb̄a. qui autē ꝯcedit ꝙ differētie q̄rundā ſubſtātiaꝝ ſūt de alijs p̄dicamētis. ſ. ut differētie alicui᷒ ſb̄e in loco accipiunt̄ aliq̄d iſtoꝝ p̄dicamentoꝝ. hec aūt pſcrutatio non ꝯtingit huic ſciētie ſed p̄me philoſophie ꝯſiderāti de ſubſtātijs ⁊ accidētib᷒ ⁊ ꝓprietate vni᷒ ad alterū i diffinitione ⁊ ꝯſtitutione. D. d. ⁊ ſi vacuū erit cā leuitatis nullū corp᷒ eſſet q̄d ſemp ⁊ i oib᷒ locis moueret̄ ad ſupi᷒ aut ad inferi᷒ ſicut ignis ⁊ terra. ⁊ h̄ intēdit quum. d. ſemp. q̄d eni in aliq̄ loco mouet̄ inferi᷒ ⁊ in alio ſupius: ut aer ⁊ aq̄: nō ſemper mouet̄ ad ſupius aut ad inferius: quum aliq̄n moueant̄ ad ſuperius ⁊ aliq̄n ad inferius. D. d. ⁊ tūc aliq̄d corp᷒ ſimpliciū q̄d moueret̄ citius ⁊c̄. i. ⁊ ꝯtingeret ut eēt poſſibile corpus graui᷒ terra eē imaginādo ꝙ triāguli aut corpora ſūt pauciora q̄ terra ⁊ plus de vacuo. D. d. ⁊ nihil videm᷒ in aere q̄d mouet̄ inferi᷒. i. ⁊ ſignū ꝙ nullū corpus ē grauius terra: q̄a nullū corpus videm᷒ in aere q̄d in eo moueat̄ citius q̄ terra. D. d. ⁊ ſilr̄ dicendū eſt etiā de leui. i. ⁊ p h̄ idē declarabit̄ ꝙ nullū corpus ē leui᷒ igne: quum nullū corpus

Et dicamus ꝙ ſi aliquod iſtoꝝ corpoꝝ ſeparatoꝝ fuerit fixum aut vadens ad aliquē locum accidentaliter hoc accidens erit naturale illi corpori ⁊ verificatio illius eſt: qm̄ iſte ſermo cōuertit. dicamus igit ꝙ omnia corpora nō ſunt leuia tm̄ ⁊ grauia: ſed quedam grauia ⁊ quedā leuia. manifeſtū eſt igit ex ꝓpoſitiōibus ⁊ ſyllogiſmis quos diximus ꝙ corpus totius habet finem ⁊ quod impoſſibile eſt eſſe infinitum.

75 Videt ꝙ ſermo iſte eſt ad affirmandū quaſdā ꝓpōnes quas diximus ante. accepit eñ ante: ꝙ oīs motus aut eſt a medio aut ad mediū: ⁊ aliqs pōt concedere hoc in motibus naturalibus: ⁊ negare in accidētalibus: ⁊ cōcedere. ſ. ꝙ ſuperius. ſ. ⁊ inferius ſint loca motus naturalis ⁊ nō accidentalis: qm̄ negando ſuperius ⁊ inferius negat motus naturalis ⁊ accidētalis: propter qḋ dixit: dicamus ꝙ ſi aliquod corpus ⁊c̄. i. ⁊ ꝙ verificatio ꝙ loca motuū accidētaliū ſunt eadē cū locis motuū naturaliū eſt: quia quȝ poſuimus aliqḋ corpus quieſcēs in loco accidētaliter aut etiaȝ motū accidētaliter neceſſario iſte motus aut quies accidētalis ſunt alij corpori in loco illo naturales. loca ḡ motuū accidentaliū ſunt loca motuū naturaliū ⁊ ecōuerſo. ſ. ꝙ ſi poſuimus corpus aliqḋ quieſcēs aut motū in aliquo loco naturalit: neceſſe eſt ut quies aut motus in illo loco ſunt alij corpori naturales. ⁊ qum verificatū fuerit nobis iſta cōuerſio verificabit ꝙ loca motuuȝ naturaliū eadem ſint cum locis motuū innaturaliū. qum enī verificatuȝ fuerit nobis ꝙ vbicunqȝ fuerit inuētus motus acciñtalis inuenit naturalis ⁊ ecōuerſo: verificabit ꝙ loca motuū naturaliū ⁊ acciñtaliū ſunt eadē: ideoqȝ videt mihi eo ꝙ dixit: ⁊ verificatio illius eſt ꝙ iſte ſermo cōuertit. dicamus igit ꝙ oīa corpora ⁊c̄. i. ꝙ hoc eſt ꝯtrariū ei quod ſequit o poſitione eius quod eſt corpus eſſe infinitū ⁊ eſt: ut qū oīa corpora ſint eiuſdē ſpēi: aut enī ſiūt diuerſe ſpēi: aut non ſicut loca diuerſa: quaſi ḡ voluit per hoc dicere ꝙ ponens hoc non pōt ponere corpus ſimplex eſſe infinitū. negat enī multitudinē locoꝝ ⁊ multitudinē corpoꝝ. ⁊ quȝ declarauit hanc queſtionē propriē ⁊ generalit dixit ſuā primā intentioneȝ propter quā declarauit hoc ⁊c̄. ꝙ corpus iſtius mūdi eſſe ꝯgregatū ex ſenſibilibus corporibus impoſſibile eſt ut ſit infinitū in magnitudine: ⁊ dixit: manifeſtū eſt igit ex ꝓpoſitionibus ⁊ ſyllogiſmis factis ex illis ꝓpōnibus ꝙ mundus eſt finitus in magnitudine: ⁊ ꝙ impoſſibile eſt eſſe infinitum in magnitudine.

Quia aūt neqȝ plures poſſibile eſt celos eſſe hoc enī dicebamꝰ hic: intendendū ſiquis nō putat vniuerſaliter oſtenſum eſſe de corporibus ꝙ impoſſibile eſt eſſe extra mundū. ſ. de quocunqȝ ipſoꝝ ſed ſolū in infinite poſitis dictam eſſe rationē: omnia enim mouent ⁊ mouent ſm naturā ⁊ violentia. Et ſm naturā quidē in quo manent non violentia ⁊ ferunt ⁊ in queȝ feruntur ⁊ manent. in quo auteȝ violentia ⁊ ferunt violentia ⁊ in quē violentia ferunt violentia ⁊ manent.

Modo igit volumus perſcrutari vtꝝ celi ſūt plures ⁊ ut promiſimus: oīa enim corpora aut mouent aut ſtant. ſi mouent: aut naturaliter aut violēte. ſi ſtant: ſimilit aut naturaliter aut violente. ⁊ etiā dicamus animal ad locū ī quo corpus ſtat non violente: mouet non violēte: ⁊ in loco ī quo mouet non violēte ſtat non violente. ⁊ etiā ſi iſte motus fuerit violentus contrarium eius erit naturale.

76 Qum declarauit mundū eſſe finitum in magnitudine incepit perſcrutari vtrū ſit vnus aut plures: ⁊ hoc intēdebat per celos. celū enī dicit grece tribus modis. dicit enim de toto mundo: ⁊ dicit de parte eius que circulariter mouet: ⁊ etiā dr̄ de orbe ſtellatū fixarū. ⁊ manifeſtū eſt ꝙ recto ordine fuit hec perſcrutatio poſt alterā: qm̄ non deſiderat aīa ſcire hoc niſi poſt ſcientiā ipſius que eſt ipſū eſſe finitū in magnitudine ꝗuis ſit queſtio nobilior prima ⁊ difficilior. ⁊ ipſe proponit ꝓpōnes propter hoc: quarum vna eſt ꝙ corpora naturalia aut ſunt mota aut quieſcētia ⁊ hec propoſitio manifeſta eſt per ſe. ſecunda autem eſt ꝙ omne qḋ mouet ex eis: aut mouet violēter aut naturalit: ⁊ hec etiā manifeſta eſt per ſe. ſimilit de quieſcētibus. ſ. ꝙ aut naturalit quieſcūt aut violente: ⁊ hec etiā manifeſta ē per ſe. Deinde addidit aliā ꝓpōnem ⁊ dixit: ⁊ etiā ad locū in quo corpus ſtat ⁊c̄. i. ⁊ manifeſtū eſt etiā ꝙ ad locum ī quo corpus quieſcit corpus naturalit non violēte mouet illud corpus qn̄ extra ipſum fuerit naturalit ⁊ non violēte: ⁊ eſt etiā manifeſta per ſe: qm̄ qum ſtatus terre nālit eſt in medio neceſſe eſt ut motus eius ſit naturalit ad mediū: ⁊ ſilr̄ de igne. ⁊ conuerſio iſtius ꝓpōnis manifeſta eſt per ſe etiā: ⁊ eſt: ꝙ omne quod mouet ad aliquē locū naturalit quieſcit in eo naturaliter. Deinde addidit alteraȝ ꝓpōnem: ⁊ dixit: ⁊ etiā ſi iſte motus fuerit violētus contrariū eius erit naturale. i. ⁊ etiā manifeſtū eſt per ſe ꝙ qū aliquis fuerit motus violētus alicuius corpoꝝ ſimpliciuȝ erit motus ꝯtrarius illi motui naturalis illi corpori. V. g. quia qum motus ad ſuperius eſt non naturalis terre: erit motus ad inferius ei naturalis.

Ad medium itaqȝ ꝙ hic ſi infertur terra inde hinc feret illuc ſȝ naturā: ⁊ ſi manet hic inde nō violentia: ⁊ fertur ſm naturam hic: vna enim ſm naturam.

Et etiā ſi terra que eſt extra iſtum mundū mouetur ad mediū iſtius mundi violente: mouebit a medio iſtius mundi ad illud mediuȝ naturalit ⁊ ſi motus eius a medio iſtius mundi ad mediū illius mundi fuerit violentus erit motus eius a medio illius mūdi ad medium iſtius naturalis.

77 Qum poſuit ꝙ omne corpus naturale aut eſt motum aut quieſcēs: ⁊ ꝙ omne motū aut naturaliter mouet aut violente: ⁊ quȝ poſuit ꝙ omne corpus qḋ violente mouet mouet naturaliter ſm cōtrariū iſtius motus: vult declarare impoſſibile conſequens a poſitione duoꝝ mundoꝝ aut pluriū: ⁊ eſt ꝙ ſi poſuimus duos mundos eſſe ⁊ poſuerimus ꝙ terra ſecūdi mundi moueri poſſet ad medium iſtius mundi: ſicut mouet in iſto mundo ad ſuū medium: neceſſe eſt ut motus eius a medio illius ad medium iſtius ſit aut naturalis aut violentus: qum poſuerimus iam ꝙ nullus motus fugit iſtos duos modos. ſi ḡ motus eius a medio iſtius mundi ad mediū illius fuerit violentus: qa igit impoſſibile eſt moueri a medio illius ad mediū iſtius antequā moueat ad circūferentiā mundi in quo eſt: ⁊ notū eſt ꝙ motus eius ad circūferentiā eſt violentus: neceſſe eſt ut motus eius in hoc mundo ad mediū eſt violentus. idē eſt enim cū motu a medio illius mundi motus eius ad circūferentiā eius. ⁊ iā diximus ꝙ iſte motus eſt violētus: neceſſario erit motus eius ad mediū violētus: ⁊ qum ita ſit ꝯtingit ut alia terra mouebit ad mediū violente qḋ ē impoſſibile. ꝙ ⁊ ſi ꝯceſſerimus ꝙ motus eius ab iſto medio ad illud mediū eſt violētus erit motus eius ab iſto medio ad illud mediū naturalis. motus. n. a medio ꝯtrarius eſt illi qui eſt ad mediū. ⁊ iam diximus ꝙ ſi aliquis motus fuerit violentus alicui corpori: neceſſe eſt ut ꝯtrariū illius motꝰ ſit naturale illi corpori. contingit ḡ ꝙ alia terra moueat a medio naturalit. ⁊ ſimilit ſi poſuerimus motus eius a medio iſtius mundi ad mediū illius violentus erit motus eiꝰ a medio illius mundi ad mediū iſtius naturalis: ḡ hoc impoſſibile ꝯtingit ſi poſuerimus mundos eſſe plures. ⁊ qȝ

hoc non ꝯtingit niſi poſt verificationẽ ꝙ natura elementoꝝ exiſtentiũ in aliquo mundo eſt eadẽ nature iſtoꝝ elementoꝝ ſm ſpẽm: ⁊ ꝙ loca mundoꝝ etiam ſunt eadẽ ſm ſpẽm incepit verificare hoc.

Adhuc neceſſe eſt omnes mundos ex eiſdez eſſe corporibus. ſimiliter quidẽ exiſtẽtes ſm naturã: ſʒ adhuc ⁊ corpoꝝ vnũquodqꝫ neceſſariũ eandẽ habere virtutẽ: utputa dico ignẽ ⁊ terraʒ ⁊ intermedia hoꝝ. ſi eñi equiuoca hec ⁊ non ſʒ eandẽ ideam dicunt̃ que ibi his que apud nos ⁊ totus equiuoce vtiqꝫ dicet̃ mundus. palaʒ igit̃ ꝙ hoc quidem a medio ferri natum eſt: hoc aũt ad medium ipſoꝝ ſiquidẽ oĩs eiuſdeʒ ſpẽi ignis igni: ⁊ alioꝝ vnũquodqꝫ quẽadmodũ ⁊ que in hoc partes ignis ꝙ aũt neceſſe ſit habere ex his que circa motus ſuppoſitõibus manifeſtuʒ. motus eñi finiti ⁊ vnũquodqꝫ elementoꝝ dicit̃ ſm vnum quendam motuum.

Et etiaʒ ſi celi ⁊ mundi fuerint plures ſunt ex partibus cõſimilibus in natura neceſſario ⁊ potentia cuiuſlibet corporis eoꝝ aſſimilat̃ ad inuicem. ſ. ignis terre ⁊ eoꝝ que ſunt inter ea. potẽtia enim illius ignis aſſimilat̃ potentie iſtius: ⁊ potentia terre illius aſſimilat̃ potentie iſtius. ſi ergo partes mundoꝝ pluriũ non fuerint huiuſmodi erunt partes corpoꝝ illoꝝ mundoꝝ ſimiles partibus iſtius mundi totius nõie tm̃ non forma. ſi igit̃ ſit ita erit ergo totũ ſimile. ſ. mundus illi ſimilis nomine non in forma: ⁊ ſi corpora mundorũ ſunt ſimilia ad inuicẽ ſicut diximus ſuperius ꝙ ille ignis aſſimilat̃ iſti ⁊ ſimiliter de alijs corporibus. Manifeſtũ eſt ꝙ quedam coꝝ mouent̃ ad medium ⁊ quedam a medio. ⁊ iam demonſtrauimus hoc quʒ poſuimus motus corpoꝝ ⁊ determinauim᷒ ipſos ⁊ diximus ꝙ neceſſario motus oĩuʒ corpoꝝ ſunt finiti.

78 Qum poſuit ꝙ ſi poſuerit duos mundos cõtinget vt corpora naturalia moueant̃ naturalit̃ duobus motibus ꝯtrarijs inſimul: qm̃ terra ĩgr̃tũ terra mouet̃ ab illo mũdo ad mediũ iſtius mundi: ꝯtinget vt moueat̃ a medio ⁊ ad idẽ mediũ. a medio quidẽ illius mundi qꝛ mouetur ab iſto mundo ad mediũ iſtius. ad mediũ autẽ qḋ eſt in illo mundo qꝛ mouet̃ a medio qḋ eſt hic ad illud mediũ. ⁊ ꝙ hoc non ſequit̃ niſi qum poſuimus ꝙ natura elemẽtoruʒ mũdi poſiti eadẽ eſt cũ natura elemẽtoꝝ illius mundi: incepit demonſtrare hoc ⁊ intẽdebat per celos corpora rotunda: ⁊ per mundos corpora reſidua. ⁊ quʒ dixit: ſunt ex partibus ſimilibus in natura intẽdit ex partibus ꝯuenientibus in ſpẽ. ⁊ hec ꝓpoſitio non fuit manifeſta per ſe ſed acquirit̃ demonſtratione. quʒ eñi fuerit demõſtratũ ꝙ impoſſibile eſt inuenire corpus naturale ſimplex niſi moueat̃ ad mediũ vel a medio uel circa mediũ. manifeſtũ eſt ꝙ medium non eſt niſi per corpus ſpericũ ⁊ corpora ſperica nõ ſunt niſi per corpora exiſtentia in medio: ⁊ qum ita ſit manifeſtum eſt ꝙ ſi ponat̃ alius mundus eſſe vt ſit ex corporibus ſimplicibus neceſſario eſt ex mobilibus a medio ⁊ ad mediũ ⁊ circa mediũ. ⁊ quia inopinabile eſt exiſtimare ꝙ ſit alius mundus niſi cõueniẽs iſti niſi tm̃ in nomine ſicut eſt inopinabile exiſtimare ꝙ ſit alius homo nõ conueniens iſti homini niſi in nõie tm̃: qm̃ qui tale ponit nõ ponit aliud terminatũ neqꝫ diſtinctuʒ: quapropter ſequit̃ ꝙ ſi aliquis poſuerit aliũ mundũ vt ponat ipſuʒ vniuoce cum hoc: ⁊ quia hoc eſt manifeſtius ⁊ ꝓbabilius accepit hac Ariſ. in hoc loco: qm̃ illud qḋ diximus collocatũ eſt in potentia in predictis ⁊ ipſe innuet ipſam poſt: ⁊ dixit: ſi ḡ corpora mundoꝝ pluriũ ⁊c̃. i. ſi indiuidua mundoruʒ pluriũ non fuerint ſʒ indiuiduũ iſtius mundi erũt partes indiuiduoꝝ illoꝝ mundoꝝ cõuenientes cũ indiuiduo illius mundi in nomine tm̃. D. d. ſi igit̃ ita ſit erit etiã totuʒ ⁊c̃. i. ⁊ qum partes mundoꝝ que ſunt extra mundũ iſtuʒ non ꝯueniunt cũ partibus iſtius mũdi niſi in nõie tm̃: cõtinget ꝙ indiuidua iſtoꝝ mundoꝝ non cõmunicãt cũ indiuiduo iſtius mundi niſi in nõie tm̃: in formis autẽ differunt quod eſt inopinabile ⁊ quaſi impoſſibile. ⁊ qum poſuit ꝙ ſi alius mundus ſit: neceſſe eſt vt ſit vniuocus cum iſto: dixit: ⁊ ſi mundi ſint ſimiles adinuicẽ ⁊c̃. i. ⁊ qum poſuerimus ꝙ partes mundoꝝ neceſſe eſt vt ſint eiuſdẽ ſpẽi manifeſtũ eſt ꝙ partiũ mundi poſiti extra mundũ iſtum: quedaʒ mouent̃ a medio: quedã autẽ ad mediũ: ⁊ quedã circa mediũ: erit ergo illic corpus celeſte ⁊ elementa quatuor. D. d. ⁊ iam declarauimus hoc quʒ poſuimus ⁊c̃. i. ⁊ hoc apparet ex eis que declarauimus prius de nũero partiũ iſtius mundi ⁊ nũero motuũ qum declarauim᷒ ꝙ iſti motus recti ſunt finiti ⁊ ad loca terminata ⁊ ex locis terminatis: ⁊ qum ita ſit ⁊ eſt neceſſariũ ſi alius mundus ſit vt ſit cõueniens iſti mũdo: neceſſe eſt vt partes eius ⁊ partes iſtius ſint eedem in ſpẽ. ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ eſſe iſti᷒ mundi ex iſtis partibus eſt neceſſariũ ⁊ impoſſibile eſt aliter. ⁊ debemus ſcire ꝙ qui fuerit aſſuetus verbis loquentium difficile aut oĩo non poterit cõcedere iſtam ꝓpõneʒ ⁊ ſibi ſimiles. iſti. n. opinant̃ ꝙ omnia ſunt poſſibilia ⁊ neceſſariũ nihil eſt. Et primus philoſophus debet deſtruere verba omniũ ſophiſtarũ quorum ſapientia eſt negare prima principia ⁊ deſtruere ſapientiam.

Quare ſiquidem ⁊ motus ibidem ⁊ elementa neceſſe eſſe vbiqꝫ eadem: nate ſunt igit̃ ferri ⁊ ad hoc quidẽ mediuʒ que in alio mundo terre partes ⁊ ad hoc quidẽ extremum qui ibi ignis: ſed ĩpoſſibile. ſi eñi hoc acciderit neceſſe eſt ferre ſurſum quidẽ terrã in proprio mundo: ignẽ aũt ad medium. ſimiliter autẽ ⁊ eam que hic terrã a medio ferri ſm naturã latam ad id quod ibi mediũ propter mundos ſic poni ad inuicem.

Si igit̃ vnũ elementoꝝ dicat̃ habere aliquem motuum dicamus ꝙ ſi motus corpoꝝ omniuʒ mundoꝝ fuerint idem erunt elementa oĩuʒ mũdoꝝ eadem neceſſario: ⁊ ſi ita ſit erit terra illius mundi mobilis ad mediũ iſtius mundi: ⁊ ignis iſtius mundi ad ſuperius iſtius mundi mobilis ⁊ hoc eſt impoſſibile: qm̃ ſi motus ignis ⁊ terre qui ſunt in illo mundo ſunt ſicut narrauim᷒ tunc mouebit̃ terra ad ſuperius neceſſario: ⁊ qꝛ mouebit̃ deſiderans ſuũ munduʒ: ⁊ ignis mouebit̃ ad medium: ⁊ ſimiliter erit motus iſtius terre ab iſto medio ad illud mediuʒ motu naturali: media enim ⁊ extrema mundorum ſimilia ſunt ad inuicem.

79 Qum declarauit ꝙ neceſſe eſt vt partes mundi poſiti ſunt ſimiles partibus hui᷒ mundi: reuertit̃ ⁊ declarat hoc eſſe neceſſariũ ex predictis: ⁊ eſt modus declaratiõis queʒ ſuperius inuenimus: ⁊ dixit: ſi igit̃ vnũquodqꝫ elemẽtoꝝ ⁊c̃. i. ⁊ ſi neceſſariũ eſt ꝙ quodlibet elementũ ſit poſitũ in illo mundo debet habere vnũ motuum iſtius mundi. ſ. a medio aut ad mediũ aut circa medium: dicamus ꝙ ſi motus oĩuʒ corpoꝝ mundoꝝ ⁊c̃. ⁊ hoc qḋ dixit manifeſtum eſt ꝙ ſi motus pluriũ corporũ plurium mundoꝝ fuerint idem in ſpẽ. ſ. ꝙ in quolibet mũdo ſunt tres motus: a medio: aut ad mediũ: aut circa mediũ: neceſſariũ ẽ ꝙ partes oĩuʒ mũdoꝝ ſunt eedem in ſpẽ. Deinde reuertebat̃ dicere impoſſibile qḋ ſequit̃ ex hoc ⁊ iam vtebat̃ ipſo ꝑus anq̃ poſuiſſet ꝓpõnes ex quib᷒ ſequit̃: ⁊ dixit: ⁊ ſi ita ſit erit terra illius mũdi ⁊c̃. ⁊ hoc quod dixit neceſſariuʒ eſt. ſ. vt ſi

natura terre illius mūdi poſite eadē fuerit cū natura iſti⁹
terre: neceſſariū eſt vt moueat ad mediū quo mouet iſta
terra. ⁊ ſimiliter de igne. ſ. ꝙ ſi fuerit cū iſto idem in ſpecie
neceſſariū ē vt moueat ad oriʒōta iſti⁹ mūdi. ⁊ nō pōt ali-
qͥs dicere ꝙ nā ignis qui eſt in medio iſtius mūdi ſit mo-
ueri ad ſuperius illius mūdi: ⁊ qui eſt in iſto mūdo moue
re ad oriʒonta iſtius mūdi: ⁊ ſilr de terra que eſt illic ⁊ ter
ra que eſt hic: ꝯtinget eni ex hoc ꝙ natura ignis que eſt i
medio illius mūdi in illis mundis eſſet natura terre iſtius
mūdi: qm̄ qd̄ mouet ad oriʒonta illius mūdi ⁊ qd̄ mouet
ad mediū iſtius mundi: mouet ad idē. ⁊ ſimilr̄ qd̄ mouet
ad mediū illius mundi neceſſario mouet ad mediū iſtius
mundi. ꝯtingit ḡ ꝙ motus iſtoꝝ elementoꝝ ſit accn̄talis:
aut qꝛ eadē natura moueātur motib⁹ contrarijs. ⁊ qū de
clarauit ꝙ neceſſariuʒ eſt ꝙ elementū graue illius mundi
moueat ad mediū iſtius mundi: ⁊ ſilr ꝙ ignis iſtius mun
di mouet ad oriʒonta iſtius mūdi: ⁊ dixit: ⁊ hoc eſt impoſ
ſibile ⁊c̄. i. ⁊ ſi neceſſariū eſt ꝙ terra illius mūdi mouetur
ad mediū iſtius mūdi qꝛ eadem eſt natura huius ⁊ illius
terre. ꝯtingit vt terra moueat in illo mundo ad ſuperius
neceſſario: non enim poteſt venire ab illo mūdo ad illum
anteꝙ moueat in illo mundo ad ſuū oriʒonta. D. d. quia
mouet deſiderans ad ſuū mundū. i. qum fuerit natura iſti
us terre ⁊ terra que ē hic mouet deſiderio ad mediū iſti⁹
mundi: contingit ſilr ut iſta terra moueat ad mediū iſtius
mūdi. ⁊ dixit ad ſuū mundū qꝛ poteſt aliquis dicere ꝙ ſu
us mundus non eſt niſi mundus in quo eſt: qꝛ quʒ poſue
rimus ipſum de natura iſtius terre erit ſuus mundus iſte
mūdus neceſſario. ſ. mūdus terre que eſt hic ⁊ eſt iſte mū
dus neceſſario. ⁊ ex hoc apparet ꝙ eſt impoſſibile vt ele-
menta habeant niſi vnū mūdū: qm̄ ſi plures mundi eēnt
non eſſet ſuperius naturale neqꝫ inferius ſed in ſola cōpa
ratione. ⁊ ſi ita eſſet tūc non diuerſaret natura elemētoꝝ
propter diuerſitatē motus: imo eſſet de motibus natura-
libus ſicut de motibus aīaliū. ſ. quia animal mouet ad lo
ca oppoſita. D. d. ⁊ ſilr erit motus iſti⁹ terre ⁊c̄. i. cōtinget
ꝙ terra illius mūdi mouet a ſuo medio ad mediū illi⁹ mū
di. mundoꝝ. n. mūdi nature neceſſario dicunt eedē in mo
uendo terrā ad ea quʒ fuerit extra ea. qū igit fuerit extra
ea mediū qdcūqꝫ illud mediū fuerit: terra in medio iſtius
erit extra mediū illius mundi. ⁊ qum fuerit extra mediuʒ
qdcūqꝫ mediū fuerit ꝯtinget vt moueat ad ipſū: ⁊ ſilr con
tinget ꝙ terra que eſt in medio illius mūdi quin ſit extra
illud medium vt ad ipſum moueat.

Aut enim non ponendū eandē eſſe naturam
ſimpliciū corpoꝝ in pluribus celis: aut dicētes
ſic mediū vnum neceſſe eſt facere ⁊ extremum.

Si igit mundi nō fuerint huiuſmodi nō erunt
nature corpoꝝ ſimpliciū que ſunt in celis ⁊ plu-
ribus mūdis eedē. ſi ergo fuerint huiuſmōi erit
natura corporis eadē: ⁊ cōcedunt dicētes mun-
dos eē plures hoc neceſſario ſi poſuerit mediū
⁊ oriçonta eſſe vnū. ſ. ꝙ mediū diuʒ mundoꝝ ⁊
oriçonta diuʒ mundoꝝ ſint eadē: ⁊ quʒ ita ſit im
poſſibile eſt ꝙ mundi ſint plures vno.

80 Uult in iſto capitulo cōiungere ꝓpōnes demonſtratio
nis cū ꝯcluſione ut ſint preſentes totā cōſiderāte. ſ. ut ſint
apud intellectū ſicut ſenſum: ⁊ incepit dicere ſi igit mundi
non fuerint huiuſmodi ⁊c̄. i. manifeſtū eſt ſi omnes mūdi
poſiti non fuerint ſm modū quē narrauimus ꝙ in illis di
bus ſunt mobilia a medio: ⁊ ad mediū: ⁊ circa mediū: cō-
tinget ꝙ natura ptiū mundoꝝ non ſit eadē. D. d. ſi igit fu
erint huiuſmodi ⁊c̄. i. ſi neceſſariū fuerit in eis ut ſint mo-
bilia iſtis motibus eſt neceſſariū ꝙ natura corpoꝝ ex qui
bus plures mundi ptes ꝯſtituunt ſit eadem natura. D. d.
ꝯcedunt dicētes plures mundos eſſe neceſſario hoc. i. ⁊ cō
tingit dicētes plures mūdos eſſe ꝯcedere hoc neceſſario. ſ.
ꝙ corpora ex quibus partes mundi cōponunt ſunt eiuſdē
nature. D. d. ſi poſuerint mediū ⁊ oriʒonta eſſe vnum. i. ⁊
cōtinget eis quʒ poſuerint corpora ſimplicia ex quib⁹ mū
di conſtituūt eſſe eadē cōcedere ꝙ oriʒon ſit vnū ⁊ mediū
vnū. ſ. ſm ꝙ mihi videt: qꝛ quo totū motū mouet ⁊ qui-
eſcit illic mouent partes ⁊ quieſcunt: aut intendit ꝙ non
cōtingit eis quʒ non poſuerint vnū oriʒonta ⁊ vnū mediuʒ
⁊ poſuerint naturā elemētoꝝ in pluribus mundis eē vnā
vt elemēta moueant contra ſuā naturā: ⁊ dixit: ⁊ ꝯcedunt
dicētes ⁊c̄. i. ⁊ cōcedunt mundū eſſe vnū: ⁊ id cōtingit cō-
ceſſioni eius qd̄ eſt mundū eſſe eiuſdē nature. ſ. aliā cōceſ-
ſionē. ſ. ꝙ oriʒon ſit vnus ⁊ mediū vnuʒ: propter qd̄ dixit
ſi poſuerit mediū ⁊ oriʒonta eſſe vnū. i. ſi ꝯceſſerint ꝙ ſe-
quit ꝺ poſitōne partiū mundoꝝ eſſe eiuſdē nature vt ori-
ʒon ⁊ mediū ſint vnū: ⁊ dixit hoc: ꝙ qui cōceſſerit has du
as ꝓpōnes neceſſe cōcedet mundū vnuʒ eſſe: ⁊ ꝓpter hoc
dixit poſt: ⁊ qum ita ſit impoſſibile eſt ut mundi ſint plu-
res. i. ⁊ quʒ mediū ſit vnū ⁊ oriʒon ſit vnus impoſſibile ē
vt mundi ſint plures. hic autē induxit tres ꝓpōnes quib⁹
nullus pōt cōtradicere: quaꝝ prima eſt ꝙ ptes mundorū
neceſſario ſunt eiuſdē nature. ⁊ ſecunda eſt ꝙ oriʒon ⁊ me
diū partiū que ſunt eiuſdē nature ē vnū numero. ⁊ tertia
eſt ꝙ quʒ mediū fuerit vnū numero ⁊ ſilr oriʒon: mūdus
erit vnus numero: ⁊ omēs iſte demōſtrate ſunt hic.

Hoc autē exiſtēte inconueniente impoſſibile eſt
eſſe mundos plures vno. ſignificare aūt aliā eē
naturā ſimpliciū corpoꝝ ſi diſtat min⁹ vel plus
a proprijs locis irratiōabile. quid. n. differt tāta
quidē dicere diſtare lōgitudine aut tanta: differt
ſm rationē quāto plus magis ſpēs erit eadē.

Et ſi aliquis dixerit ꝙ natura corpoꝝ ſimpli-
ciū que ſunt in pluribus mundis eſt diuerſa ſm
eoꝝ remotionē a locis eoꝝ ſm magis ⁊ minus
dicem⁹ ꝙ hic ſermo eſt extra normā. corpus. n.
qum remoueat a ſuo loco parū vel multuʒ non
diuerſat in ſua forma dīo: ſed ſolūmodo i quan-
titate remotionis. in forma autē non: ſiue appro
pinquet ſuo loco ſiue remoueat: ſed ſi appropin
quauerit aut remoueat omnino remouebunt ⁊
motus eorum ſunt manifeſti: ⁊ hoc non indiget
diſputatione.

81 Quʒ poſuit ꝙ cā diuerſitatis motuū corpoꝝ mobiliū
ſ. motus eoꝝ ꝺ locis oppoſitis ē diuerſitas nāꝝ: ⁊ poſuit
ꝙ ſi iueniret i eis ex locis oppoſitis pluſꝙ vnū ꝯtigeret ꝙ
eadē nā moueret duob⁹ motib⁹ oppoſitis: ꝗpropꝰ ꝯtinge-
ret ꝙ nā ſimplex nō diuerſa eēt diuerſa. nō diuerſa ꝓpter
poſitionē: diuerſa ꝓpter hoc ꝙ mouet ad ꝯ̄ria. ſ. a medio
ad mediū ſm ꝙ dictū fuit qd̄ ꝯtinget ſi media fuerint plu
ra vno. ⁊ quʒ hoc fecit induxit qōneʒ ꝯ̄dicentē ꝓpōni di-
centi huic ꝙ ob his naturis ſimplicibus non ꝓuenit niſi
vnus motus tm̄: ⁊ dixit: ſi ḡ aliqͥs dixerit ⁊c̄. i. ſi aliqͥs dixe
rit ꝙ nō ꝯtingit ꝙ terra illius mūdi moueat ad mediū iſti
us neqꝫ econuerſo ꝗuis habeat eandē naturā in duob⁹ mū
dis ſilr de alijs ſimplicib⁹. corp⁹. n. idē ex eis nō equalit eſt
ꝓpinquū in duob⁹ locis ꝯſimilib⁹ q̄ ſunt in duob⁹ mun-
dis. ⁊ ꝗuis igit ſit vnū: tm̄ ſemp mouet ad ꝓpinquiorē du
oꝝ locoꝝ ꝯſimiliū. U. g. terra iſtius mūdi ꝓpinqͥor ē ſuo
medio ꝙ medio alteri⁹: ꝗpropꝰ mouet ad illud mediū nō
ad illud: ⁊ ſi eēt i illo mūdo moueret ad ſuū mediū. moue
ret igit duob⁹ motib⁹ ꝯ̄rijs ꝗuis ſit eiuſdē nāe ꝓpꝰ ꝓpin
quitatē ⁊ remotionē ab alio duoꝝ locoꝝ ꝯſiliuʒ in ſpē op
poſitoꝝ ſm vbi. U. g. ꝙ mot⁹ a medio iſti⁹ ad mediū illi⁹
ꝗuis ſit oppoſit⁹ motui a medio illi⁹ ad mediū iſti⁹ ⁊ corp⁹
ſiplex ſꝫ ꝙ ē ſiplex ipoſſibile ē moueri duob⁹ oppoſitis mo
tib⁹ tm̄ eſt poſſibile hoc ſm appropinqͣtionē ⁊ remotionē.

appropinquatio.n. ⁊ remotio aliquid addunt ſupra ſimplicia. ꝯtinget ĝ ſimplici ut ſit cōpoſitū ex ſua natura ⁊ ex eo quod ei ꝯtingit ex appropinquatiōe ⁊ remotōe ⁊ ut cōpoſitū habeat duos motus oppoſitos in duabus horis. ⁊ Ariſ. dicit reſpondēdo ꝙ iſte ſermo eſt extra normaʒ .i. q2 diuerſitas motuū corpoꝝ non eſt niſi propter diuerſitatē formarū ſubſtantialiū nō propter diuerſitatē in relatione: aut q̄titate neqʒ in alio ꝑdicamento. diuerſitas aūt ſm appropinquationē ⁊ remotionē non eſt in ſubſtantia ⁊ debes ſcire ꝙ appropinquatio ⁊ remotio nō operantur niſi in motibus rerum quarū mouens eſt extrinſecuʒ ſm appropinquationē ⁊ remotionē a mouente: quapropter ē verificare hoc in loco ꝙ motus elementoꝝ non eſt ab extrinſeco q̄uis manifeſtū ſit per ſe: tñ ipſe induxit ſermones contradicentes ſermonibus antiquoꝝ de motu ⁊ quiete elementoꝝ ⁊ maxime de terra. antiqui.n. ponunt cauſas exemplares ex contrarijs in quiete terre ⁊ in introitu eius actionē que eſt apud vniuerſam terrā ⁊ locum vniuerſe terre. ⁊ manifeſtum eſt ꝙ non mouet̃ terra ad vniuerſam terraʒ vbicūqʒ fuerit: qm̄ ſi pars eius moueret̃ ad vniuerſam terram contingeret ut eſſet ſicut motus ferri ad magnetem. ⁊ ſi ita eſſet eſſet poſſibile ut terra moueret̃ natura ad ſuperius. ⁊ vniuerſaliť videt̃ ſi motus terre non fuerit ſm attractionē aut propter naturā loci: aut propter naturā corporis quod eſt in loco neqʒ ſm expulſionē propi motū celeſtē: manifeſtum ꝙ hoc qđ dixit Ariſ. in hac demonſtratiōe eſt vera. ⁊ ſcire hoc.ſ. ꝙ terra ⁊ elementa nō mouent̃ neqʒ attractione neqʒ expulſione eſt propinquum principijs naturalibus: ⁊ hoc erit qñ ſciuerim⁹ cauſas attractiōis in alijs corporibus attractiuis: ⁊ vidimus ipſum fugere res in quibus exiſtimant̃ ꝙ aliquid trahant elementa: ⁊ ſimiliter manifeſtū eſt etiā ꝙ neqʒ ſm impulſionem. impoſſibile eſt enim inuenire corpus naturale cuius motus non ſit naturalis. ⁊ vniuerſaliter manifeſtū eſt ꝙ motus eoꝝ eſt per ſe: ⁊ ideo dixit: ſed ſi appropinquauerint locis eorum aut remouerent̃ omnino mouebant̃ ⁊ motus eoꝝ ſunt manifeſti ⁊ non indiget diſputatione.i. ꝙ non indigemus diſputatione ad hoc ꝙ motus eorum ſit per ſe ⁊ naturalis.

Sed adhuc neceſſe eſt eſſe aliquem motum ipſoꝝ: ꝙ quidem enim mouet̃ manifeſtū. vtrum igit̃ in omnibus dicemus moueri etiā cōtrarijs. ſed qđ non natum ē omnino moueri: impoſſibile hoc moueri violētia. ſi igit̃ eſt aliquis motus ipſoꝝ neceſſe eſt eoꝝ que ſimilis ſpeciei ⁊ ſingulorū ad vnum numero locum exiſtere motum puta ad hoc aliquod medium: ⁊ ad hoc aliqđ extremum

Volumus modo perſcrutari vtrum motus corpoꝝ non ſit violentus aut motus eoꝝ naturales ſint violenti etiā. dicamus igitur ꝙ corpus qđ impoſſibile eſt moueri omnino: impoſſibile eſt moueri violente. ſi igit̃ motus corpoꝝ mundoꝝ ſit naturalis: erunt motus partiū cōſimiliū formarū neceſſario ad eundē locum.ſ. aut ad aliquod medium aut ad aliquem finem.

82 Quia fundamentū hui⁹ demonſtratiōis eſt ſuper hoc ꝙ elementa habent motus naturales: incepit perſcrutari vtrū motus oīuʒ corpoꝝ eſt violentus: aut omne corpus habet motum naturalem. D. d. dicamus ĝ ꝙ corpus ⁊c.i. corpus quod impoſſibile eſt moueri oīo naturaliter: impoſſibile eſt moueri violente: ⁊ dixit hoc quia quod violente mouet̃ mouet̃ cōtra ſuam naturā: qđ ergo caret motu naturali caret violento. D. d. ſi ergo motus corporum mundoꝝ ⁊c.i. ⁊ quʒ poſuim⁹ ĝ motus corpoꝝ ſimpliciū ſit naturalis eis contingẽt ꝙ corpora ſimplicia cōuenientia in ſpecie que ſunt in pluribus mundis moueantur ad eadem loca.ſ. ꝙ grauia eorum moueant̃ ad media leuia aut ad fines. ⁊ hoc intendit. ⁊ qm̄ ita ſit contingit impoſſibile predictum.ſ. ꝙ idem corpus mouebitur duobus motibus contrarijs a medio.ſ. ⁊ ad medium.

Si autē aliquid ſpecie eadē plura aut quia etiā ſingularia. plura quidem ſpecie aut vnūquodqʒ indifferens non huic quidem huic autē non tale erit partiū ſed ſimiliter omnibus. ſimiliter.n. oīa ſm ſpeciem indifferentia ab inuicē: numero aūt alterū quodcūqʒ a quocunqʒ.

Si ergo aliquis dixerit ꝙ corpora que ſunt in mundis.ſ. terra ⁊ alia elementa ſunt eadeʒ in forma in numero aut plura quoniā nō aſſimilãtur ad inuicem: neqʒ vniuerſum vniuerſo: ſed aſſimilantur ad inuicem.ſ. ꝙ partes iſtius mundi ſunt ſimiles partibus illi⁹: ⁊ ſimiliter partes ceteroꝝ mundoꝝ: quapropter non diuerſantur in forma ſed in numero tm̄. ignis eni iſtius mūdi eſt alius ab igne illius mundi in numero. ⁊ quʒ corpora mundoꝝ differunt in nūero: differunt etiaʒ in locis: qm̄ partes corporis iſtius ſunt ſimiles partibus corporis illius mundi ⁊ eedē in forma. V. g. quoniam partes iſtius terre aſſimilantur terre alterius mundi.

83 Hec eſt queſtio ſecunda ĝ mundi ſunt plures. pōt eniʒ aliquis dicere ꝙ ſicut videmus in hoīe ꝙ eſt vnū in ſpecie plura indiuidua: ita eſt de mundo ⁊ ſuis partib⁹. ſed quʒ poſuerim⁹ ſicut dicitis ꝙ ptes mūdoꝝ ſint ſiles ad inuicē neceſſe eſt ꝙ mundi ⁊ partes eoꝝ ſunt idē in ſpecie: ⁊ ſiliť de locis. ⁊ quʒ ita ſit neceſſe eſt ut mundi ſint plures idiuiduo. ⁊ quʒ poſuit hanc queſtionē incepit diſſoluere eā.

Dico autē hic quoniā partes que hic ad inuicem ⁊ que in altero mundo ſimiliter ſe habent. ſumptū igit̃ hinc nihil differt per cōparationem ad aliquid earum que in aliquo alio mūdo partiū ⁊ reſpectu earū que in hoc ipſo ſed ſimiliter differunt eni ſpecie nihil ab inuicem:

Si igit̃ diuerſitas corpoꝝ in numero eſſet cauſa diuerſitatis locoruʒ oporteret ut partes iſtius terre diuerſe in numero ⁊ grauitate ꝙ quodlibʒ corpus corpoꝝ eius haberet medium quo vadit quod eſt impoſſibile.

84 Et reſpondet huic queſtioni ſi cauſa multiplicationis locoꝝ.ſ. eſſe plura media in nūero ⁊ plures orizōtes eēnt plura elemēta in nūero. V. g. eſſēt.n. plures ignes in nūero.ſ. ꝙ ignis iſtius mundi ſit alius ab igne centroꝝ mundoꝝ in nūero: ⁊ ſiliť in alijs elemētis cōtingeret ut mediū in nūero diuerſaret̃ in eodē mundo ꝑpi diuerſitatē ptiū elemētoꝝ in nūero. V. g. ſi cauſa in eſſendo duo media ī numero in duobus mundis eſſent quia terra iſtius mundi eſt alia a terra alterius mundi in numero oporteret vt quelibet pars terre in eodē mundo haberet ꝓpriū medium. eſſent ergo media ſm nūerū indiuiduoꝝ partium terre qđ eſt impoſſibile. videt̃.n. ꝙ locus cuiuſlibet ptiuʒ hoꝝ elementoꝝ ſit idē nūero: imo idē ē nūero locus toti⁹ ⁊ ptis: īpoſſibile eſt ĝ ꝙ eē plura elemēta nūero ſit cā ī eſſendo plura loca nūero.ſ. puta loca q̄ ſūt mediū ⁊ orizon.

Itaqʒ neceſſarium aut amouere has ſuppoſitiones aut medium vnum eſſe ⁊ extremū. hoc autem exiſtente neceſſe eſt ⁊ celum vnum ſolum eſſe ⁊ non plures eiſdem his argumentis ⁊ eiſdē neceſſitatibus.

Si ergo contradicens non poterit contradicere iſtis ſermonibus ⁊ ratōnibus neceſſario eſt medium vnum ⁊ vnus orizon. ſi ergo medium

videt̄ velocioris motus ꝙ̄ ignis. ⁊ pōt aliq̄s dicere ꝙ hͦ nō poſitū fuit h. ſ. ꝙ poſſibile eſt inuenire corp⁹ in q̄ plenū ſit pluſ ꝙ̄ plenū q̄d eſt i terra: ⁊ vacuū ē in eo min⁹ nō ē poſſibile: neq̄ȝ dicētes vacuū ⁊ plenū eē cauſā grauitatis ⁊ leuitatis ꝯcedūt h. ⁊ qum ita ſit nec̄io ꝯtingit eis ponere ꝓportionē int̄ vacuū ⁊ plenū: q̄a impoſſibile ē inueniri maiorē aut minorē q̄d eſt impoſſibile. oīs eni quātitas poſſibile ē ea inuenire maiorē ⁊ minorē: ⁊ vl̄ter finitas nō inuenit̄ in rebus niſi ꝓpter formas earū: nō ꝓpter quantitates. ⁊ qū iſti ocderūt cauſā leuitatis ⁊ grauitatis ex quātitatib⁹ nō potuerūt dicere q̄ de cā fuit impoſſibile corpus grau⁹ terra inuenire aut leuius igne: etiā ꝯtingit eis hoc magnū impoſſibile: omē eni poſſibile exibit neceſſario ad eē: ⁊ ſi eēt poſſibile ut corpus leuius igne inueniret̄: eſſet poſſibile ut in aliqua hora inueniret̄ corpus q̄d in aere moueret̄ citius ꝙ̄ ignis: ⁊ qum h nunq̄ȝ fuit viſū: ſciuimus h eē ipoſſibile: h aūt nō fuit ipoſſibile niſi ꝓpi formā ignis: nō ꝓpi q̄titatē: ⁊ ſilr̄ intelligendū ē de terra. hec igit̄ ē differētia int̄ opinionē Ariſ. ⁊ opinionē iſtorū: ⁊ eſt differētia nō parua.

Si illud faciat aliquis ſupabundare materia. ſi autē duo intermedia quō erūt facientia que faciunt aer ⁊ aqua: puta ſiquis dicat eſſe vacuū ⁊ plenū. ignē igitur vacuū propter quod ſurſum: terrā autem plus propter qd̄ deorſum: aerē aūt plus igne habere: aquā aut terra. erit eni quedaȝ aqua que plus habebit ignem pauco aere: ⁊ aer multus pauca aqua terrā plurem. quare oportebit aeris quandā multitudinē velocius ferri deorſum aqua pauca. hoc autē nō videt̄ nequaq̄ȝ nunq̄ȝ. neceſſe igit̄ queadmodū ⁊ ignē ſurſū: qa tale habet: puta vacuū: alia autē nō: ⁊ terra deorſum: quia plenū habet: ⁊ aerē in eū qui in ipſius ⁊ ſuperius aquā: qm̄ tale aliq̄d habet: ⁊ aqua deorſum: quia tale aliq̄d. ſi autē erat vnū ad ambo aut duo: ambo autē duo exiſtūt vtriq̄ȝ: erit aliq̄ multitudo vtriuſq̄ȝ que excedet: ⁊ aqua quidem aere pauco ad ſurſum: ⁊ aer aqua ad deorſum: quemadmodū dictum eſt multotiens.

Si igit̄ aliquis dixerit ꝙ materia grauis ⁊ leuis nō eſt eadē: dicemus ꝙ cōtingit huic ſermoni ut ignis differat a terra ſicut aer ab aqua. ponentes eni vacuū ⁊ plenū eſſe materiā grauis ⁊ leuis: ⁊ ꝙ ignis mouet̄ ad ſuperius propter multitudinē vacui: ⁊ ꝙ terra mouet̄ ad inferius propter multitudinē pleni neceſſario ponūt in aere multū ignē: ⁊ in aqua multā terrā: ⁊ tunc in aliq̄ quantitate erit in multa aqua de igne magis q̄ȝ in pauco aere: ⁊ erit i multo aere de terra magis q̄ȝ in pauca aqua: ⁊ ſi ita ſit: tūc mot⁹ aeris multi ad inferius erit velocior q̄ȝ motus pauce aque: qd̄ nunq̄ȝ videt̄: ⁊ ſi ita ſit: dicemus ꝙ ſicut ignis mouet̄ ad ſuperius propter multitudinē vacui: ⁊ terra ad inferius propter multitudinē pleni: ſic aer mouet̄ ad ſuū locū ad ſuperius propter illud qd̄ eſt in eo quidā alicuius. ⁊ ſimiliter aqua mouetur ad inferius propter hoc qd̄ in eo aliq̄d eſt ſi igitur aliquis dixerit ꝙ vacuū ⁊ plenū ſunt in aliquo corpe: neceſſario erit ut multa aqua moueatur ad ſuperi⁹ citius q̄ȝ paucus aer: ⁊ ꝙ multus aer citius moueat̄ ad inferi⁹ q̄ȝ pauca aqua: ſicut diximus ſuperius ꝙ nō inuenit̄ omnino.

41 Quia res diuerſe ſm̄ formas: aut erūt cōpoſite ex vna mā ſicut corpora ſimplicia: aut ex diuerſis materijs ſicut corpora cōpoſita ex elemētis: ⁊ diuerſitas forme iſtorū eſt ꝓpter diuerſitatē modorū. V. g. ꝙ os nō differat a carne: niſi quia habet plus de terreſtritate ꝙ̄ de aquoſitate: ⁊ ecōuerſo. manifeſtū eſt igit̄ ꝙ ponētes cauſam diuerſitatis grauis ⁊ leuis eſſe vacuū ⁊ plenū: cōtingit dicere eis ꝙ corpora nō diuerſificant̄ ſm̄ grauitatē ⁊ leuitatē que ſunt forme corꝝ: niſi ſm̄ ꝙ habēt de vacuo ⁊ pleno ſm̄ magis ⁊ minus. ⁊ ſicut forme ꝯſimiliū corporū cōpoſitorꝝ. ſ. non diuerſificant ad inuicē: niſi ꝓpter multitudinē ⁊ paruitatē partiū: ⁊ qum ita ſit ſicut i corporib⁹ ꝯſimilib⁹ nō inuenit̄ diuerſitas abſoluta in eis ab inuicē niſi ſm̄ magis ⁊ min⁹ ita ꝯtingit ponētibus graue ⁊ leue eē cōpoſita ex vacuo ⁊ pleno. ſ. ut nō inueniat̄ leue ſimpliciī ⁊ graue ſimpliciī. ſ. leue cui⁹ forma ſit ꝯ̄ria graui ſimpliciī. i. ꝙ nō differt ab eo ꝓpter diuerſitatē elemētorū ex quib⁹ cōponunt̄ ſm̄ magis ⁊ minus. ⁊ h intēdebat qum. d. ſi aliq̄s dixerit ꝙ mā grauis ⁊ leuis ⁊c̄. i. ⁊ ſi aliq̄s dixerit ꝙ cā diuerſitatis grauiſ ⁊ leuis in ſuis formis eſt cā diuerſificatis duorꝝ elemētorꝝ cōtrariorū: ex quib⁹ cōponunt̄ ſm̄ magis ⁊ minus: ſicut dicētes ꝙ cā grauitatis ⁊ leuitatis ē ꝯpoſitio corporꝝ ex vacuo ⁊ pleno: cōtinget ei ut oīa corpa nō diuerſent̄ i grauitate ⁊ leuitate niſi ſm̄ magis ⁊ minus: ⁊ ſic nihil erit leue ſimpliciter aut graue ſimplr̄: ⁊ tūc ignis differt a terra: ſicut aer ab aqua q̄ ſūt materie: ⁊ h intēdebat qum. d. dicem⁹ ei ꝙ accidit huic ſermoni ⁊c̄. ⁊ qū demōſtrauit ꝙ ꝯtingit eis ſi poſuerit ꝙ vacuū ⁊ plenū ſūt cāe grauitatis ⁊ leuitatis ut nihil ſit leue ſimpliciī ⁊ graue ſimpliciī q̄ maxie diſtāt ab inuicē. ⁊ pōt aliq̄s dicē defendēdo opinionē iſtorꝝ hoīuȝ ꝙ poſſibile ē inuenire ꝯ̄ria q̄ maxie diſtāt int̄ q̄ exiſtūt maxie ⁊ oīa cōponunt̄ ex ꝯ̄rijs elemētis. V. g. ꝙ albū ⁊ nigrū ſūt ꝯ̄ria int̄ que exiſtūt plura media ut viride ⁊ caropos: ⁊ ſūt cōpoſita ex ꝯ̄rijs elemētis: ⁊ ſic ſicut albedo nō eſt ꝯ̄ria nigredini: niſi quia ignis magis dn̄at in eo ꝙ̄ i terra: ⁊ nigredo eſt ꝯ̄ria albedini q̄a magis abundat i ea terra ꝙ̄ ignis: ita ignis eſt ꝯ̄rius terre q̄a vacuū magis abundat in eo ꝙ̄ plenū ⁊ in terra ecōuerſo: ⁊ ideo. d. rn̄dendo qui eni ponit vacuū ⁊ plenū ⁊c̄. i. qui eni ponit vacuū ⁊ plenū eſſe duas materias ex q̄b⁹ cōponit̄ ignis ⁊ terra: ⁊ ponit ipſas eē cōtrarias i fine ex q̄ vacuū abūdat ſup ignē ⁊ plenū ſup terrā ſicut albedo ⁊ nigredo ſūt ꝯ̄rie ꝓpter abundantiā pn̄s vincētis ſup albedinē. ſ. ignis: ⁊ ſūt ptes obſcure ſup nigredinē. ſ. terre neceſſario ꝯtingit ei ꝙ ſicut caropos ⁊ viridis nō diuerſificant̄ niſi q̄a i caropo eſt magis de albedine ꝙ̄ de nigredine ⁊ i viridi ecōuerſo: ſic oȝ eē i medijs int̄ ignē ⁊ terrā ut i aere ſit de igne pluſ ꝙ̄ de aqua: ⁊ in aq̄ pluſ de terra ꝙ̄ i aere. D. d. ipoſſibile qd̄ ꝯtingit ex hoc: ⁊. d. ⁊ erit tunc i aliq̄ quātitate ⁊c̄. i. ⁊ ꝯtingit eis ut tūc aer nō differat ab aq̄ niſi q̄a in eo multū ſit de igne ⁊ parū de terra ⁊ in aq̄ ecōuerſo: ⁊ qū ita ſit: poſſibile eſt ut in magna pte aq̄ inueniat̄ plus de igne ꝙ̄ i pte parua aeris ⁊ ut i magna pte aeris inueniat̄ plus de terra ꝙ̄ in parua pte aque. D. d. impoſſibile qd̄ ſequit̄ ex h: ⁊. d. ⁊ ſi ita ſit nec̄io ꝯtinget ut motus aeris multi ad inferius ⁊c̄. i. ⁊ ſi cā ꝓpter quā aer eſt leuior aq̄: q̄a i aere ſunt multe ptes ignis ⁊ pauce terre: ⁊ in aq̄ ecōuerſo: ex q̄ ꝯtingit ut i magna pte aeris ſit de terra pluſ ꝙ̄ i parua pte aque: ꝯtinget ut i illa pte aeris i qua eſt magis de t̄ra ſic grauior pte aq̄ in q̄ eſt min⁹ de terra: ⁊ ſilr̄ ꝯtingit ut aliq̄ pars aq̄ in q̄ eſt plus de igne ſit leuior pte aque in q̄ ſit min⁹ de igne: qd̄ videt̄ eē ꝯ̄uū. ⁊ debes ſcire ꝙ iſta ꝯ̄dictio nō ꝯtingit eis niſi qum poſuerit ꝙ multū vacuū eſt leui⁹ pauco vacuo ⁊ multū plenū graui⁹ pauco ita ꝙ ignis nō mouet̄ ad ſupius niſi q̄a ē i eo multū de vacuo ⁊ paucū de pleno: ita ꝙ magnitudo illi⁹ vacui inata ē aſcēdē ſup illū locū: ⁊ q̄titas illi⁹ pleni inata ē deſcēdē ſub illo loco: ⁊ ſilr̄ de vno q̄q̄ȝ elementorꝝ. ſ. ut ꝓpi paruitatē vacui qd̄ ē in t̄ra nō pōt moueri ſupra illū locū: ⁊ ꝓpi plenū deſcēdit ſb̄ oīb⁹ corpib⁹: ex q̄ ꝯtingit ꝙ ſi plenū eēt mai⁹ pleno t̄ra deſcēdēt ſb̄ t̄ra: ⁊ ſi vacuū eēt mai⁹ vacuo ignis eleuaret̄ ſup ignē. h. n. poſito ꝯtiget ipoſſibile qd̄ dedi teis

ſi enim poſuerint ꝙ pars vna ſiue magna ſiue parua moueatur ad ſuperius motu equali.ſ. ꝙ quando totū mouet̄ ⁊ pars mouebit̄: ⁊ poſuerint ita de pleno: ⁊ poſuerint etiā ꝙ diuerſitas iſtorū elementorū eſt ꝓpter diuerſitatē ꝓportionis vacui ad plenū: tunc nō cōtingit eis hoc impoſſibile. ſed quʒ Ariſ. dedit eis aliud īpoſſibile.ſ. ut multa aqua nō ſit velocioris motus ad inferiꝰ ꝙ̄ parua: ⁊ ſimilit̄ ignis multus cū paruo. ſed tamē videt̄ ꝙ poſitio eorū eſt p̄dicta .ſ. ꝙ vacuū diuerſificat̄ in leuitate ſm̄ multitudinē ⁊ paucitatem: ⁊ ſimilit̄ plenū diuerſat̄ ſm̄ ſuā diuerſitatē i multitudine ⁊ paucitate: cōtinget eis ſi hoc nō poſuerint alteꝝ duorū: aut ut vacuū ſegreget̄ a pleno: ⁊ hoc mouebit̄ ſuperius: ⁊ hoc inferius: aut ut cōglutinent̄ ad inuicē: ⁊ ſic ſtabunt elemēta in ſuis locis violente: vnde nō habebūt locum nālem in quo ſtent: ſed ex priorib' ꝓpoſitionibus iſtius ſciētie eſt: ꝙ iſta corpora ſunt nālia ⁊ i locis naturalib' quum motus violentus nō intelligat̄ niſi in reſpectu nālis: ⁊ ſi ita eſſet ſicut dicūt vniuerſalit̄ corrūperent̄ elementa ⁊ totus mundus. cauſe enī generatorū ⁊ corruptorū nō ſunt niſi quia elemēta exiſtūt extra ſuū locū naturalem. D. d. ⁊ quum ita ſit: dicemus ⁊c̄. i. ꝙ cauſa ꝓpter quā quedā corpora ſunt leuiora quibuſdā eſt diuerſitas vacui ⁊ pleni: manifeſtū eſt ꝙ ſicut ignis ſm̄ hanc poſitionē mouet̄ ad ſuperius ꝓpter quantitatē ipſius vacui non ꝓpter naturā vacui ⁊ terra mouet̄ ad inferius propter quantitatē pleni cōtinget ut aer nō mouebit̄ in ſuo loco niſi propter quantitatem vacui. ſ. quia vacuū qḋ eſt i eo eſt minoris quātitatis vacuo qḋ eſt in igne: ⁊ ſimilit̄ cōtingit ut aqua moueat̄ ad inferius ꝓpter quantitatē pleni. ⁊ hoc intēdebat quum. d. quidā aliquius: ⁊ intēdebat ꝑ hoc demonſtrare ꝙ ꝯtingit eis ut ita ſit de medijs: quoniā quum poſuit media eſſe huiuſmodi ex quo dedit eis predictū impoſſibile: ⁊ eſt ut aer multus moueat̄ ad locū aque ⁊ multa aqua ad locū aeris ⁊ poſſet aliqͦ defendere eos dicendo forte nō poſuerūt diuerſitatem ignis ⁊ terre niſi ꝓpter quantitatē vacui ⁊ pleni tm̄ que ſunt extrema ⁊ nō poſſunt medie eſſe huiuſmodi: ideo reuerſus eſt ad demonſtrandū ꝙ ita cōtingit eis i medijs ſicut i extremis. D. iterat impoſſibile predictū: ⁊. d. ſi aliquis igit̄ dixerit ꝙ vacuū ⁊ plenū ⁊c̄. i. ⁊ quum iſti dixerint. hoc autē accidit eis dicere ꝙ quantitas vacui ⁊ pleni exiſtentiū in vnoquoq; quatuor elementorū corporū eſt cauſa diuerſitatis eorū in grauitate ⁊ leuitate: ⁊ contingit etiā impoſſibile predictū: ⁊ eſt: ut aqua multa citius moueat̄ ad ſuperius ꝙ̄ paucus aer: ⁊ multus ad inferius ꝙ̄ pauca aqua: quod nō videt̄ eſſe.

Figure autē nō cauſa eius quod eſt ferri ſimpliciter aut deorſum aut ſurſum: ſed eius qḋ velocius aut tardius: propter quas aūt cauſas nō difficile videre. Dubitat̄ enim nūc propter quid lata ferrea ⁊ plumbū amplius in aqua: alia autē minora ⁊ minoris grauitatis ſi ſint rotunda aut ⁊ longa: puta acus deorſuʒ ferunt̄: ⁊ quare quedam propter paruitatē amplius ⁊ alia terrea ⁊ puluerea vtiqʒ in aere. de his autē oībus putare quidē cauſā eſſe queadmodū Democritus: non recte habet. ille enī inquit eleuata calida ex aqua ſurſū pellere lata habentiū grauitatē: ſtricta aūt decidere: pauca enī eſſe contrapulſantia ipſius.

Et dicamus etiā ꝙ figure nō ſūt cauſe motus quorundā corporū ad ſuperiꝰ aut ad inferiꝰ: ſed cauſa velocitatis aut tarditatis motꝰ. voluimus igitur ꝑſcrutari de hoc dicēdo ꝙ quidā querūt: quare ferrū latū ⁊ plumbū latū natāt ſup aquā: rotundū autē ⁊ oblongū: ut acus nō natant ſed ſubmergunt̄: ⁊ q̄re quedā corpora parua natant ſup aquā ut furfur: ⁊ alia terreſtria natāt ſup aerē ut auripigmentū. dicamus igit̄ ꝙ Democritus dedit cauſam in hoc ⁊ errauit. dixit enī ꝙ corpora grauia lata natant ſup aquā: qꝛ vapores exeuntes aſcēdendo eleuāt ea: ⁊ ſic nō deſcendūt ad inferius: corpora autē rotūda deſcendūt i aqua qꝛ illi vapores nō occurrūt eis ſm̄ oēs ꝑtes: ſed vni parti illorū ⁊ paucis: ⁊ ideo ſubmergunt̄.

30 Hec declaratio eſt ꝙ terra eſt rotunda ⁊ tangens ⁊ cōtingens rotundū eſt rotundū: ḡ eſt aqua rotunda ⁊ ſic de aere ⁊ de igne. ⁊ qū poſuimus ꝙ corpus celeſte tāgit ignē debet eſſe rotundū ex parte cōuexa. Sʒ aliqs poteſt querere ꝙ illud qđ tangit rotundū debet eſſe rotundū ex pte cōcaua ſed nō propter hoc debet eſſe rotundū ex pte conuexa. dicamus ḡ ꝙ aqua ē rotunda in cōuexo: qꝛ aut hoc declarabiť per illā declarationē per quā declaratū fuit ꝙ terra eſt rotunda in cōuexo. ⁊ ſilr̄ poteſt apparere ex potētia declaratiōis de terra: ⁊ ꝙ aer ⁊ ignis debēt eſſe rotūda in cōuexo. qm̄ ſicut deſcenſus diuʒ partiū corpoꝝ grauiū ad motū totius cogit nos dicere ea eſſe rotūda ut poſt diceinus: ita motus corpoꝝ leuiū a centro ad circūferentiā equaliter cogit nos dicere ꝙ circūferentia eſt rotūda. quʒ igiť neceſſe fuerit ut cōcauitas corporis celeſtis ſit rotūda ꝓpter rotunditatē cōuexionis ignis neceſſe eſt ut cōuexitas eius ſit rotunda: qm̄ figura eſt in eo naturalis: ḡ nō ſicut in elemētis: quapropter neceſſe eſt ut cōcauitas eius ſit naturalis: ḡ ⁊ conuexitas: ⁊ verba eius ſunt manifeſta ex hoc quod diximus.

Sed ⁊ ꝙ aque ſuperficies talis manifeſtū ſuppoſitione ſumētibus: quia nata eſt ſemper fluere aqua ī magiſ concauum. concauius autē qđ cētro ꝓpinquius. ducanť igiť ex cētro. a. que. a. b: ⁊ que. a. g. ⁊ adiungať ī qua. b. g. ducta igitur ad baſem. a. d. minor eſt earum que ex cētro ꝓfundior igitur locus: quare circūfluet aqua donec vtiqʒ equeť. equalis autē his que ex centro que a. e. itaqʒ neceſſe apud eas que ex cētro eē aquā tunc enim quieſcit: tāgēs autē eas que ex centro circularis. ſperica ergo aq̄ ſupſicies in qua. b. e. g

Et oʒ nos declarare vtrū terra ſit ſupſicies aq̄ dicamus igitur ꝙ manifeſtū eſt qum poſuimus ꝙ aliquid currit ad inferius locorū: ⁊ ꝙ inferiuſ locorū eſt ꝓpinquior locus centro. dicamuſ igitur ad centrū .ḋ. lineas quarū vna eſt ex. a. ad. b: ⁊ altera ad. c. ⁊ cōplemus eam per lineā. b. ⁊. c. q̄ eſt baſis: dico ꝙ linea. a. d. ē minor duabꝰ lineis exeuntibus a cētro: ⁊ hec eſt figura. ⁊ qum ita ſit erit igitur locus ille inferior inferiorū ⁊ minuſ ꝓfundū: ⁊ ꝙ aqua curret ad ipſum neceſſario donec illa linea. ſ. baſis cū duabus lineis exeuntibꝰ a centro equabitur. tunc igitur erit illa linea ad b. equalis duabus lineis exeūtibus a centro ad duo latera neceſſario: ⁊ quʒ aqua pueniť ad illū locū quieſcet ⁊ nō curret: ⁊ erit linea tangens duas lineas exeuntes a centro circulari. ſi igiť ita ſit tunc ſuperficies aque erit neceſſario rotūda ſcilicet linea. b. c.

31 Qum poſuit ꝙ ſi terra aut aqua fuerit ſperica neceſſe ē ut omnis cōtinua eis ſunt ſperica: vult declarare ꝙ in aq̄ neceſſe eſt ut ſit ſperica naturaliť. ⁊ demōſtrauit hoc in aq̄ non in terra qꝛ eſt ꝓpinquius. videť. n. ꝙ magis recipiat figurā ꝓpinquē propter ſuū deſcenſū ad centrū de facili q̄ꝫ terra qꝛ eſt corpus liquiduʒ: ⁊ poſt in fine iſtius tractatus declarabit figurā terre poſtq̄ꝫ ponet ꝙ mundus eſt ſpericꝰ hic aūt vult dicere ꝙ mundus eſt ſpericus qꝛ aqua eſt ſperica: ⁊. d. ⁊ oportet nos ⁊c̄. i. oportet nos declarare ⁊ bene poſuimus ꝙ aqua eſt ſperice ꝯuexionis qū poſuimꝰ ꝙ aq̄ eſt ſuper terrā ⁊ ꝙ ꝯtinet ipſam ⁊ circūdat ⁊ cooperit eaʒ circūquaqʒ ⁊ indifferenť in hoc ſermone ſiue ponať ꝙ figura terre ſit ſperica ſiue non. D. d. dicamꝰ igiť ꝙ hoc manifeſtū eſt qum poſuimus ⁊c̄. i. ⁊ hoc manifeſtū eſt qū cōceſſerimꝰ ꝙ aqua currit ad inferius ſuoꝝ locoꝝ ⁊ queris etiā ſuū curſuʒ ⁊ deſcenſū ꝓpinquiſſimū locoꝝ centro qđ eſt mediū totius quē habet nāliter. ⁊ qum dixit ad inferius locoꝝ: intēdit inferius locoꝝ quē habet naturaliť. aq̄ enī non naturaliť moueť ad centrū totius niſi inueniretur terra extra ſuū locū ⁊ eſſet locus nālis aque idem cū loco terre naturali: ⁊ propter hoc non debemus intelligere ex hoc qđ dixit ad inferius locoꝝ qū hoc eſt in omni corpe graui ſed in aqua tm̄: qm̄ inferius locoꝝ terre eſt centruʒ non ꝓpinquiſſimū locoꝝ centro. ⁊ ſilr̄ etiā eſt intelligēdū ꝙ qum iſta lōgitudo non fuerit terminata nō inueniť ꝓpinquiſſimū locoꝝ centro. D. d. dicamus igiť ⁊c̄. i. imaginemur modo ꝙ aq̄ eſt ſup terrā ⁊ ſit. a. centrū terre ⁊ exeant due linee ab. a. ⁊ pueniāt ad ſuperficiē aque que vicinať aeri: ⁊ ſint extreme linearū. c. b. ⁊ ducamus lineam in ipſa ſupſicie ab vno puncto ad alterū ⁊ ſit. b. c. D. d. ergo baſis ⁊c̄. i. ſi ḡ poſuimus ꝙ ſi vna linea que eſt in ſupſicie aque ē recta non arcualis tunc ſit triangulus cuius baſis eſt. c. b. extrahemuſ ḡ a cētro ꝑpendicularē ſup lineā. b. o. ⁊ ſit. a. o. linea: ḡ. a. o. minor eſt q̄ꝫ linea. a. c. ⁊ ab angulis enim a. o. e. rectus eſt maior angulo a. c. b. acuto. ⁊ ſimiliť declarať etiā ꝙ linea. a. o. eſt minor. a. b. D. d. ⁊ quʒ ita ſit ⁊c̄. i. ⁊ qū. a. o. ē minor duabus lineis. a. c. ⁊. a. b. erit linea a. o. ꝓpinquiſſima centro. punctus igiť. o. eſt inferior in loco q̄ꝫ duo puncta. c. b. ⁊ magis ꝓfundus: q̄ꝛpropter ꝯtingit ut aqua non quieſcat in duobus punctis. b. c. ſed currens ad punctū. o. qđ eſt magis inferiū ⁊ ſic equabiť lōgitudo duoʒ punctoꝝ a centro: quapropter cōueniet ut aqua quieſcat ⁊ ꝙ linea. c. b. d. ſit circūferētia circuli cuius centrum eſt centrū terre: ⁊ hoc intendebat qū dixit: qum puenerit aqua ad locū illum ⁊c̄. ⁊ intendebat per lineā tangentem lineā. e: b. ⁊ vocauit ipſaʒ lineā tangentē quia eſt ſuper ſuperficiem. D. d. ⁊ qum ita ſit erit ſuperficies aque rotūda neceſſario. ſ. erit linea que eſt in ea circularis. ſ. linea. c. b.

Quod quidē igitur ſpericus eſt mundus palā ex his ⁊ ꝙ ſm̄ diligentiā ornatus ſic vt nihil neqʒ chirotunitio habeat ſimiliter: neqʒ aliđ nihil nobis in oculis apparentiū. ex quibus enim cōſtitutionē accepit nihil ſic poſſibile regularitateʒ accipere ⁊ diligentiā non circularis corporis natura. manifeſtū enim ꝙ ꝓportionem habet quēadmodum aqua ad terram: ⁊ plus ſemꝑ diſtantia elementorum.

Manifeſtū eſt igitur ex hoc qđ diximus ꝙ totus mundus eſt rotundus ⁊ eſt ſpericus: ⁊ ꝙ ſapienter eſt factus: ⁊ impoſſibile eſt vt aliqđ factū manibus ſit ſimile ei in ſua rotunditate: neqʒ aliquid viſibile omnino. neqʒ eſt poſſibile vt aliqđ ſit ita leue ⁊ equale: ſicut equalitas huius corporis ⁊ leuitas: neqʒ ſpiſſitudo iſtius corpis aſſimilať alicui ſpiſſitudini oīo. ⁊ hoc manifeſtum eſt

qm̄ ſicut inter ſpiſſitudinē aque ⁊ ſpiſſitudinē terre. ⁊ ſicut remotio ſpiſſitudinis corporis celi ab aliis corporibus elemētoꝝ que multū remouēt inter ſe: ita eſt remotio ſpiſſitudinis corporis celi ab aliis corporibus.

32 Cum declarauit ꝙ ſi aliquis poſuerit ꝙ terra ⁊ aqua ſunt rotunda neceſſario: ꝯtinget ex hoc ꝙ mundus totus ſit rotundus: declarauit ꝙ aqua eſt rotunda. deinde fecit de hoc rememorationē: ⁊ d. manifeſtū eſt igit̄ ⁊c̄. i. ⁊ dixit ꝙ leuitas conuexitatis mūdi nō aſſimilat̄ leuitati alicuius rei naturalis aut artificialis: qm̄ vera rotunditas nō exiſtit in materia generabili ⁊ corruptibili: quā non poſſit recipere ipſā niſi ſm̄ ſimilitudinē ad corpora ſupercelēſtia: quapropt̄ quāto magis appropinquauerit natura elemēti ad corpus celeſte tāto magis recipit ꝯuexionē ⁊ leuitatem videt̄.n. ꝙ natura terre eſt remotior a corpib⁹ celeſtibus ꝙ̄ alia: ⁊ hoc non inuenit̄ tm̄ in elemētis ſed in corporib⁹ celeſtibus: ⁊ iō dixit Ariſ. in libro de aīalibus ꝙ nā lune cōicona eſt cū natura terrea ꝓpter defectū luminis in ſe. ⁊ qū ita ſit ergo illud qd̄ luminoſū tm̄ eſt per ſe habet naturā cōicantē nature ignis: ⁊ illud qd̄ eſt ex partibus eius eſt diaphonū non luminoſū per ſe neq̄ recipiens lumen h̄z naturā cōicantē nature aeris ⁊ aque. ⁊ hoc intendebat qū dixit: qm̄ aūt inter ſpiſſitudinē aque ⁊c̄. i. qm̄ ſicut int̄ ſpiſſitudinē aque terre ⁊ leuitate ⁊ rotunditate eſt magna differentia ⁊ multa remotio: ⁊ vniuerſalit̄ ſicut inter ſpiſſitudinē elementoꝝ remotoꝝ ad inuicē maxime. V. g. inter ignē ⁊ terrā eſt magna differētia ita eſt de corporibus celeſtibus cū aliis elemētis: imo remotio hic debet eſſe maior qū natura corpoꝝ celeſtiū maxime differat in nobilitate a natura hoꝝ corpoꝝ ſimpliciū. ⁊ ſimiliter eſt intelligendū de ſpiſſitudinibus corpoꝝ celeſtiū ad inuicē: ⁊ maxime corporis ſuperioris. hoc enī corpus maxime debet eſſe perfectū in rotunditate ⁊ leuitate qum nihil ſit extra ipſū: qm̄ ſi rotunditas eius eſſet non perfecta neceſſe eēt ut extra ipſam eſſet aut plenū aut vacuū: ⁊ ex hoc apparet ꝙ hoc qd̄ dicunt mathematici de ecētricis eſt impoſſibile. contingit enī ut in corporibus celeſtibus eſſent corpora non vere rotunditatis neq̄ habētia actionē ſed q̄ſi replētia ut inuenit̄ in cōplexione aīaliū: ⁊ hoc eſt valde remotū ab aliis corporibus. ⁊ nihil eſt in libris mathematicoꝝ niſi hoc qd̄ apparet in luna de eclipſibus: ⁊ forte impoſſibile eſt inuenire aſtronomiā ꝯuenientē eſſe huic qd̄ apparet de luna ſiue orbe ecentrico.

Quoniā autē ⁊ dupliciter in circulo moueri utputa ab. a. hūc quidē ad. b. hunc autē ad. g. ꝙ quidē igit̄ non ſunt cōtrarij iſti prius dictū eſt ſ; ſi nihil ut cōtingit neq̄ a caſu euenit in ſempiternis eſſe. celū autē ſempiternū ⁊ circulatio: propt̄ quā quidē cauſam ad alterā fertur ſed nō ad alterā. neceſſe enim ⁊ hoc aut principiū eſſe aut eē ipſius principium.

Volumus etiā ꝑſcrutari de motu primi corporis mobilis: ⁊ dicere ꝙ poſſibile ē ut corpus rotundū moueat̄ duobus motib⁹: quoꝝ vnus eſt ex. a. ad. b. ⁊ alter ex. a. ad. c. iam igit̄ diximus ſuperius ꝙ iſti motus non ſunt cōtrarij: dicam⁹ igit̄ ꝙ ſi impoſſibile eſt ut aliquid ſit ocioſe: impoſſibile eſt ut res eterne ſint abſolute ſine cauſa ⁊ celū eſt eternū: qua de cauſa ergo motus celi fuit ex quibuſdā ꝑtibus ⁊ nō ex aliis: ⁊ iſte mot⁹ aut eſt cā alicuius aut habet cauſam.

33 Cum cōpleuit ſermonē de figura celi: vult ꝑſcrutari de alio queſito deſiderato: ⁊ eſt quare celū mouet̄ ad ptē ꝓpriā. V. g. quare mouet̄ ab oriente ad occidentē ⁊ alij orbes ecōtrario. ⁊ qr difficultas iſtius queſtionis nō apparz niſi qū poſuimus poſſibile ꝙ omne corpus ſpericū poteſt moueri duobus motibus diuerſis equalit̄. ⁊ qr vnus motus non eſt in eo poſſibilis magis ꝙ̄ alius: qm̄ nō ſunt cōtrarij ſicut motus elemētoꝝ. motus enī elementoꝝ diuerſoꝝ qr ſunt cōtrarij non eſt poſſibile ponere ꝙ duo mot⁹ ſunt poſſibiles eſſe in eodē corpore equalit̄ ſed vni eoꝝ eſt naturalis. ſ. ⁊ alteri eſt accñtalis. impoſſibile enī eſt ut ignis moueat̄ ad inferius ſicut ad ſuperius: neq̄ terra ad ſuperius ſicut ignis: qm̄ cū iſti motus ſunt cōtrarij forme eoꝝ ſunt ꝯtrarie. ⁊ poſſibile eſt dicere ꝙ cā contrarietatis iſtoꝝ motuū eſt ꝯtrarietas formaꝝ corpoꝝ motoꝝ: quia v̄o motus corpoꝝ celeſtiū non ſunt cōtrarij: quapropt̄ eq̄liter ſunt poſſibiles vnicuiq̄ eoꝝ difficile eſt dare cām ꝓpter quā quedā mouent̄ ex oriente in occidente: ⁊ quedā ecōtrario: quapropter incepit demōſtrare ꝙ duo mot⁹ diuerſi equaliter ſunt poſſibiles in corporibus ſpericis: ⁊ d. dicamus ḡ ꝙ omne corpus ſpericū poſſibile ē moueri duobus motibus ex duabus partibus diuerſis. V. g. imaginemur circulū ex cōuexo centri ſpere circa qd̄ reuoluit̄ ⁊ imaginemur ſup illū duo puncta. ſ. a. b. poſſibile enim ut iſta ſpera moueat̄ ex. a. ad. b. ⁊ ex. b. ad. a. ſup illū eundē arcū. D. dedit demōſtrationē ſup hoc qd̄ dixit: iam igitur diximus ſuperius ꝙ iſti motus non ſunt cōtrarij. i. ⁊ dicamus ꝙ neceſſe eſt ut in eodē corpore corpoꝝ ſpericoꝝ ſūt duo motus diuerſi poſſibiles equalit̄: qr iā determinatū eſt ꝙ iſti motus non ſunt ꝯtrarij: quapropter diuerſificarent̄ nature motoꝝ quēadmodū accidit in corporib⁹ ſimplicibus que recte mouent̄. ⁊ qū dedit rationē ꝙ duo motus diuerſi ſunt poſſibiles in oī corpe celeſti: dedit rationē ꝙ non debet ita eſſe: ⁊ d. dicamus igit̄ ꝙ ſi impoſſibile eſt ⁊c̄. i. ſed iā declaratū eſt ꝙ iſti motus ſunt eterni ⁊ neceſſarij. neceſſario ḡ iſti motus ſunt ꝯſimiles in eodē moto. in neceſſario.n. nulla eſt poſſibilitas: ḡ alter eoꝝ neceſſarius eſt ei: ⁊ oē qd̄ eſt neceſſariū habet cauſam. ſi ergo motus diurnus ex oriente in occidente ē neceſſarius impoſſibile eſt ut ſit ſine cauſa. ⁊ ſimilit̄ ſi motus aliarū ſtellarū contrarius ei eſt neceſſarius: impoſſibile eſt ut ſit ſine cauſa. ⁊ ſi hoc eſt propter aliquā cauſam: cauſa autē non eſt diuerſitas naturarū motarū qum iſti motus non ſunt contrarij. difficile.n. eſt igit̄ dare cauſā in hoc. D. d. ⁊ iſti motus aut ſunt cauſa alicuius aut habent cauſam. i. neceſſe ē ut qum diximus ꝙ celū mouet̄ ad partem propriā ꝙ hoc ſit in celo propter cauſam: aut ut celum ſit cauſa eius que ſunt ſub eo exiſtentib⁹. i. impoſſibile eſt ut eſſet cauſa iſtis niſi propter illum motum. q. ḡ. d. motus celi ad partē propriā: aut erit cauſa alicuius ex iſtis que ſunt hic: aut h̄z cauſam in ſe.

Forte quidē igitur de quibuſdā enunciare aliquid tentare ⁊ de omnibus ⁊ pretermittere nihil. forſitan vtiq̄ videbit̄ eē ſignū aut multe ſtulticie aut multe promptitudinis: non tamē iuſtū quidē omnes ſimilit̄ increpare: ſed videre oportet cauſam dicendi que eſt. Adhuc autē qualiter habens in credendo prius humano modo aut firmius. certiores quidē neceſſitates qū quis attigerit tunc gratiā habere oportet inuenientibus nunc autē qd̄ videt̄ dicendū. ſi enī natura ſemp facit cōtingentiū qd̄ optimū. eſt autē quēadmodū earū que in rectum lationū que ad ſuperiorē locū honorabilior. diuinior enī locus qui ſurſū eo qui deorſum. eodē modo que ad anterius ea que ad poſterius ſe habet. ſiquidē ad dextrū ⁊ ad ſiniſtrū quēadmodū dictū eſt prius: ⁊ teſtificatur etiā dicta dubitatio qm̄ habet prius ⁊ poſterius. hec enī cauſa ſoluit dubitationē. ſi enim habet ut contingit optime hec vtiq̄ erit cā dicti

optimũ enim moueri ſimplicem motũ ⁊ inceſſabilem ⁊ hoc ad honorabilius.

Et dicamus ꝙ labor in querendo cauſas aliquarũ rerũ difficiliũ ⁊ perſcrutatio de cauſa cuiuſlibet rei ⁊ non dimittere aliquid ſine perſcrutatione: exiſtimatᷣ eſſe aut ex inuerecũdia ex paucitate ſui intellectus: aut ex malicia conſiderãdi ex fatuitate: aut multo deſiderio ad ſciendũ cãs rerũ ſm veritatẽ. ⁊ non debemus cauere cognitionẽ omniũ cauſarũ equaliter. ſed oportet nos conſiderare primo quõ aliquis dicit de cauſa rei ⁊ quomodo ſufficit audienti aut ſufficientia humana debili: aut ſufficientia forti ſine ꝯtradictiõe quoniã qñ inuenerit aliquis neceſſaria propria ſufficiẽtia tunc debet laudare vnũ eoꝝ. nos aũt volumus reuerti ⁊ dicere cauſas manifeſtas viſibiles. ſ. cauſam ꝓpter quã celũ mouetᷣ ex aliqua parte ⁊ non ex alia. dicamus igitᷣ ꝙ natura innata eſt facere melius ⁊ nobilius in eo: qđ eſt poſſibile fieri. ⁊ quum ita ſit ⁊ in rebus que equalitᷣ mouentᷣ locus ſuperior eſt nobilior loco inferiori: ⁊ ante magis ꝙ̃ retro: ⁊ dextrũ ꝙ̃ ſiniſtrũ. ⁊ teſtatᷣ ſuper hoc. ſ. ꝙ primũ celũ ⁊ vltimũ. ſ. nobilius. ⁊ melius eſt queſtio quã diximus ſuperius. cauſa eni iſtius queſtionis diſſoluit ⁊ explanat ipſam: qñ ſi natura fecit in celo idem qđ eſt nobilius ⁊ melius eſt cauſa queſtionis ⁊ eius ſolutio. meliꝰ eni ⁊ nobilius eſt ut celũ moueatᷣ ſemper ſine ceſſatiõe: ⁊ ꝙ motus eius ſit ex nobiliſſimo locoꝝ quod eſt dextrũ. manifeſtũ eſt igitur quare celũ mouetᷣ ex oriente ad occidentẽ ⁊ non ecõuerſo.

34 Quia hec queſtio eſt valde difficilis ⁊ viſũ eſt ꝙ querere de rebus difficilibus ẽ error: incepit demõſtrare modos propter quos accidit querere de huiuſmodi. ⁊ quidã illoꝝ modoꝝ eſt laudabilis ⁊ quidã non: qm̃ qui queret de talibus: aut facit hoc propter inuerecundiã: ꝙ̃uis ſciat ꝙ impoſſibile eſt ut cõprehendat verũ de hoc: ⁊ hoc intẽdebat qñ. d. ex inuerecundia ex paucitate intellectus: aut facit hoc propter errorẽ accidentẽ ei putãdo ꝙ oĩa cõprehenſibilia ſunt ⁊ nota certe: ⁊ hoc intẽdebat qñ. d. aut ꝓpter maliciã ꝯſiderãdi: aut facit hoc qꝛ ignorat difficultates exiſtimãdo in eo ꝙ difficile eſt ꝙ ſit facile: ⁊ hoc intendebat qñ dixit: aut ꝓpter maliciã cõſiderandi ex abundãtia ꝯſiderãdi ex fatuitate. quartus modus eſt ꝙ ſit deſideriũ ad ſciendũ cãs reꝝ: ⁊ iſte modus ẽ laudabilis. Deinde incepit demonſtrare que cauſe ſunt cauẽde in talibus ⁊ q̃ non: ⁊. d. ⁊ non debemus cauere ⁊c̃. i. ⁊ non debemus dimittere ꝯſiderationẽ ꝓpter difficultatẽ iſtarũ rerũ ⁊ ꝓpter debilitatẽ cauſaꝝ quas dicũt quidã hoĩes: ſed oportꝫ nos qñ aliquis dixerit aliquã cãm in aliqua re: ⁊ ſufficeret nobis aliquo mõ ſufficiẽter cõſiderare illã cãm vtrũ ſit ſufficiens ſm ꝙ apparet: ⁊ eſt cauſa que eſt nõ neceſſaria neqꝫ ſubſtãtialis: ſed cã ſm exiſtimationẽ aut eſt cã neceſſaria ſubſtãtialis nõ cõtradicta aliquo mõ: ⁊ intẽdebat ꝑ ſufficientiã humanã. i. rhetoricã: qm̃ fides eius nõ eſt niſi ꝓpter animã non ꝓpter res in ſe. D. d. qm̃ quum aliqs inuenerit ⁊c̃. i. quum rectũ eſt ut nõ dimittamus querere de talibus: ⁊ ut non recipiamꝰ in hoc niſi demõſtratiões veras oportet nos qñ inuenerimus aliquẽ qui dat in talibus rebus difficilibus demõſtrationẽ verã primã ⁊ ſufficientẽ laudare ipſum ꝓpter ipſũ. D. d. nos aũt volumus reuerti ⁊c̃. i. ⁊ qñ declarauerimus oportet nos querere in iſtis rebus cauſas manifeſtas que ſunt cauſe accepte ex viſu ut queramus de cã ꝓpter quã videmꝰ celũ moueri ex vna pᵗe nõ ex alia. Deinde incepit declarare cãm iſtius rei: ⁊ dixit: dicamus igitᷣ ꝙ natura eſt innata ⁊c̃. i. dicamus ꝙ ꝙ manifeſtũ eſt per ſe ꝙ natura facit nõ tm̃ neceſſariũ: ſed etiã illđ qđ eſt melius. ⁊ hoc qđ dicit manifeſtũ eſt de aĩalibus ꝙ natura per diuinã ſollicitudinẽ poſuit in eis aliquas res non ex neceſſitate ſed ut eſſe illius aĩalis ſit melius ⁊ perfectius. U. g. poſſibile eſt ut aĩal ſit ſine viſu ⁊ cũ eſſe diminuto tm̃ natura largitᷣ ei viſũ non ex neceſſitate: ⁊ quum ita ſit eſt de rebus generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus quãto magis in rebus eternis. ſed m̃ differũt in hoc ꝙ melius in aĩalibus eſt poſſibile: ſed m̃ melius duoꝝ poſſibiliũ ẽ in eternis neceſſariũ. poſſibile eni in rebus eternis eſt neceſſariũ qñ nullũ poſſibile eſt in eis vere. ⁊ cã huius ẽ ꝙ nulla potentia eſt in eterno ad recipiendũ eius cõtrariũ qđ habet ⁊ totũ hoc eſt determinatũ in ꝑncipio iſtius libri. ⁊ qñ poſuit hanc ꝓpoſitionẽ. d. ⁊ qñ ita ſit ⁊c̃. i. ⁊ qñ declaratũ eſt ꝙ natura ſemꝑ laborat ut entia ſint ſm diſpõnem meliorẽ ⁊ perfectiorẽ: nobilius aũt eſt in rebus que mouentᷣ ut moueantᷣ in loco meliori ⁊ ex parte meliori: ⁊ locus ſuperior eſt nobilior inferiori: ⁊ ante nobilius retro: ⁊ dextrũ ꝙ̃ ſiniſtrũ. ⁊ qñ ita ſit neceſſe eſt ut omne in quo inuenietᷣ meliores ⁊ nobiliores pᵗes ut eis ſit melius moueri ĩ loco meliori ⁊ ex parte meliori. ⁊ quum poſuit hanc ꝓpõnẽ dicentẽ ꝙ oẽ in quo inuenitᷣ melius ⁊ nobilius ſuũ eſſe meliꝰ eſt ut ſit ſm diſpõem meliorẽ: poſuit ſcđam ꝓpõnẽ ⁊ eſt: ꝙ in celo inuenitᷣ melius ⁊ minꝰ bonũ ut ꝯcludat ꝙ motꝰ celi non inueniat ex pᵗe meliori niſi ut ſit ſm eſſe ſuũ melius. ⁊ hoc intẽdebat qñ. d. ⁊ teſtatᷣ ſuper hoc ⁊c̃. ⁊ intẽdit per queſtionẽ illud qđ determinauit prius ꝙ celũ habet dextrũ ⁊ ſiniſtrũ ⁊ alias partes. ⁊ qꝛ reſpõſio in iſtis fundata eſt ſuper illã queſtionẽ. d. ꝙ iſta queſtio diſſoluit iſtã ⁊ explanat. ⁊ debes intelligere per dextrũ ⁊ ſiniſtrũ illud quod ꝑdiximus: ⁊ reſiduum ſui ſermonis in hoc capitulo eſt intellectum.

De motu autẽ ipſius quia regularis eſt ⁊ nõ irregularis. deinceps vtiqꝫ dictus erit pertranſire dico autẽ hoc de primo celo ⁊ de prima latione in his eni que deſubtus plures iam lationes cõuenerũt in vnũ. ſi eni irregulariter mouetᷣ manifeſtũ ꝙ intenſio erit ⁊ virtus ⁊ remiſſio lationis. oĩs enĩ irregularis latio ⁊ intenſionẽ habet ⁊ remiſſionẽ ⁊ virtutẽ. virtus aũt eſt aut vnde fertur: aut quo aut circa mediũ: puta forte his quidem qui ſm naturã quo feruntur: his autẽ qui preter naturã vnde feruntur. proiectis autẽ circa mediũ puta forte his quidẽ que ſm naturã ad qđ feruntur: his autẽ que preter naturã: vnde circulationis autẽ non eſt neqꝫ vnũ neqꝫ quo eſt mediũ: neqꝫ eni principiũ neqꝫ finis neqꝫ mediũ ipſius ẽ ſimpliciter. tempore eni ſempiterna ⁊ lõgitudine ducta ſimul ⁊ infrangibilis: quare ſi nõ virtꝰ ipſius lationis neqꝫ irregularitas erit. irregularitas eni fit ꝓpter intenſionẽ ⁊ remiſſionem.

Et volumus etiã perſcrutari ĩ futuro de motu celi ⁊ ꝙ eſt equalis ſine diuerſitate: ⁊ hoc erit in primo celo ⁊ in primo motu. motus autẽ orbiũ qui ſunt ſub primo ſunt plures ꝯgregati in codẽ dicamus igitᷣ ꝙ ſi primũ celũ mouetur motu diuerſo nõ equali neceſſario motus eius habebit fortitudinẽ ⁊ flexibilitatẽ. fortitudo autẽ motus ⁊ etiã flexibilitas eius: aut erũt in principio motus aut fine aut medio: ut animalia que ad latera mouentur. non igitur inuenimus in motu circulari fortitudinẽ neqꝫ in principio: neqꝫ in medio neqꝫ in fine. non. n. habet principiũ neqꝫ finem neqꝫ mediũ: qm̃ eſt eternus in tpe ꝯgregate lõgitudinis. reuertamur ergo ⁊ dicamus ꝙ ſi celum non habet fortitudinẽ non erunt diuerſi motus

neceſſario. diuerſitas enim motus prouenit ex fortitudine ⁊ flexibilitate.

35 Qum declarauit cauſam finalē propter quam celū mouet ad partē propriā: vult determinare ꝙ motus eius eſt equalis: ⁊ non eſt velocius in vno loco ⁊ tardius in alio: ⁊.d. ⁊ hoc erit in pmo celo ⁊ in pmo motu .i. ⁊ hoc apparet ſenſui in orbe ſtellato ⁊ in motu diurno. ⁊ qꝛ in orbibus qui ſunt ſub iſto aliqñ eſt velocitas ⁊ aliqñ tarditas: dedit cām de hoc ne qs obijceret ei ⁊ dixit: motus aūt orbiū .i. ⁊ motus orbiū qui ſunt ſub eo apparēt diuerſi: qm̄ qd̕ apparet ex hoc nō eſt vnus motus ſed plures qui congregant ad mouendū ſtellā ⁊ hꝫ vnā intentionē: ⁊ hoc intēdebat qū .d. ⁊ cōgregant in eodē. ⁊ debes ſcire ꝙ ex hoc ſermone eius apparet ꝙ ipſe nō opinat ꝙ cā eius qd̕ apparet ex diuerſitate i motibus planetarū ſit in orbe ecētrico aut epicyclo: qm̄ qui ponit cām diuerſitatis has duas cās nō dicit ꝙ cā diuerſitatis ſunt plures motus ex quibus fit vnus mot᷒ diuerſus ſtelle i velocitate ⁊ tarditate ⁊ ꝓgreſſione ⁊ retrogradatōe. ⁊ ex hoc ḡ declaratū eſt in hac ſcīa apparet eſſe īpoſſibile epicyclū eſſe. impoſſibile. n. ē ꝙ corpus qd̕ circulari mouet moueri niſi ī circuitu cētri. ⁊ ſilr impoſſibile ē de ecētricis niſi eſſet poſſibile ꝙ inter corpa celeſtia eſſet aut vacuū aut corpa replētia non rotūda naturalr̄ neqꝫ mota. ꝯ.ū hoc ꝙ mediū debet eſſe vnū corpus qd̕ circulari mouet: qm̄ ſicut locus totius ⁊ ptis eſt idem cū corpibus grauibus ⁊ leuib᷒: ita dꝫ eſſe in corporib᷒ celeſtibus. ſ. ꝙ locus eoꝝ qui eſt medius ſit idē: imo magis debet eſſe hoc in corpibus celeſtibus ꝙ̄ in elemētis: ⁊ ideo pfectius inuenit hoc in corporibus celeſtib᷒ ꝙ̄ in elemētis qꝛ ſunt ex eadē nā ⁊ non habēt ꝯtrarietatē: elemēta autē habent ꝯtrarietatē: ꝙ̄ꝓpt nō habent eundē locū. ⁊ ſi locus elemētoꝝ eſſet idē ꝓhiberent ſe ad inuicē in loco qd̕ non ꝯtingit in corporibus celeſtib᷒: imo oīa reuoluent circa eundē locū numero. ⁊ non debet aliqs dicere qm̄ ſicut elemēta habēt loca diuerſa forſitan corpa celeſtia habent cētra diuerſa. loca enī corpoꝝ nō diuerſant niſi inꙙ̄tū ſūt in dimenſionibus rectis ⁊ corporibus rectarum dimenſionū. loca enim corporum celeſtiū impoſſibile eſt ut diuerſentur inquantū ſunt in dimenſionibus rectis. in mathematicis vͦo nihil apparet ex quo eſt exiſtimandum epicyclos eſſe aut econtricos. iſti enim orbes quos ponūt aſtrologi ſunt res priores ex quibus ſequūtur poſteriores que videntur per ſenſum. ⁊ non demonſtratur illic ꝙ ab illis poſterioribus ſequūtur neceſſario illa priora. ⁊ iam declaratū eſt in logicis ꝙ demonſtrationes ſunt in quibus itur ex notiori ad latentius. ſi igitur notius fuerit poſterius demonſtrationes erunt: quia. ⁊ ſi notius fuerit prius ⁊ latentius fuerit ſuum eſſe ⁊ ſua cauſa notior erit demonſtratio abſoluta que dat cauſam ⁊ eſſe. ⁊ ſi latentius fuerit cauſa rei ꝙ̄ ſuum eſſe erit demōſtratio propter quid tm̄. ⁊ quia prius in iſtis eſt latentius nullos modus eſt modorū demonſtrationū qum. ſ. ex prioribus non ſequantur neceſſario poſteriora illa ſed ponuntur ab aſtrologis: ⁊ ſi ſint ignota. ⁊ qum tu conſideraueris poſteriora ex quibus aſtrologi ponunt hos orbes nihil inuenies ex quo eſſentialiter ⁊ neceſſario ſequitur ut ſit ita. ⁊ quis qum poſitum fuerit illud quod eſt prius ignotum ſequetur ab eo poſterius exiſtimatur ꝙ hoc conueniat: ⁊ non eſt ita niſi ſit hoc quod apparet in luna. fingunt enim ꝙ demonſtrat lunā habere ecentricum hoc ꝙ inueniunt ipſam in eodē loco zodiaci eclipticam: aliquando maius aliquando minus: quapropter dicunt ꝙ dicendum eſt ꝙ cauſa in hoc eſt qa tranſit per pyramidem vmbre per loca diuerſa ſm eleuationem ⁊ depreſſionem. ⁊ poteſt accidere ei etiam hoc ꝓpter diuerſitatem ſui ſitus ex loco qum imaginati fuerimus ꝙ poli ſui motus orbis mouentur ſuper polos alterius. ⁊ ſi deus prolongauerit nobis vitam nos perſcrutabimur de aſtrologia que erat in tempore Ariſto. videtur enim ꝙ illa non contradicit phyſice ⁊ ſunt motus qui dicuntur laudabiles ab Ariſ. ⁊ ille motus ſm ꝙ reputo eſt ꝙ polus vnius poli orbis moueatur ſuper polos alterius orbis. accidit enim in ſuo ipſo motu ut moueantur ſuper lineam leulebie ſicut eſt motus ſolis cum motu diurno. ⁊ forte per iſtum motum poſſibile eſt dare hoc quod accidit in planetis ex diuerſitate motus. Reuertamur ergo ad ſermonem noſtrum: ⁊ quia .d. hanc queſtionem: incepit demonſtrare eam ⁊ dixit: dicamus ergo ꝙ ſi primum celum mouetur diuerſimode non equaliter ⁊ neceſſario motus eius habebit fortitudinē ⁊ flexibilitatē aliquādo ⁊ tarditatem ⁊ velocitatem aliquando: ⁊ hoc manifeſtū eſt per ſe. Deinde incepit declarare ꝙ hoc eſt impoſſibile in celo ponendo propoſitionem conceſſam: ⁊ eſt motus qui aliquando vigoratur ⁊ aliquando debilitatur. cauſa eius eſt diuerſitas diſpoſitionis moti in eo ꝙ eſt motus ⁊ apud quem eſt motus: ⁊ ideo videmus ꝙ quedam mota veloceſcunt in principio motus: ⁊ tardeſcunt qum mouentur ab eo: ⁊ quedam vigorantur qum appropinquant fini propter maximum deſiderium ad finem: ⁊ quedam propter calefactionem motus. ⁊ hoc intendebat qum dixit: ⁊ fortitudo motus ⁊ debilitas: aut erit in principio ⁊c̄. ea etiam quorum motus vigorantur in principio ſunt ea que eliciuntur ⁊ expellantur: que autem in fine ſunt corpora que naturaliter mouentur ſcilꝫ grauia ⁊ leuia: que autem in medio ſunt a neceſſitate mota. Deinde incepit dicere ꝙ motus circularis non habet principium neqꝫ finem neqꝫ medium non habet vigorem neqꝫ debilitatem ⁊ dixit: nos autem non inuenimus in motu circulari ⁊c̄. ⁊ hec etiā ratio compoſita eſt in ſecunda figura ſicut motus circularis non habet principium neqꝫ finem: neqꝫ medium ⁊ habens velocitatem ⁊ tarditatem habet principium ⁊ finem: ergo motus circularis non habet velocitatem neqꝫ tarditatē. propoſitio autem dicens ꝙ omne habens velocitatem ⁊ tarditatem habet principium ⁊ finem eſt illa in qua incepit. propoſitio autem que dicit ꝙ motus celi non habet principiū neqꝫ finem eſt declarata ab eo per hoc quod dixit: quia eſt eternus in tempore congregate longitudinis. ⁊ intendit per congregatam longitudinem quia ſpatium ſuper quod mouetur non habet principium neqꝫ finem: ⁊ eſt circulare: quaſi ergo dicat: quia extremitates longitudinis in eo non diuerſantur neqꝫ ſeparantur ideſt non habet extrema diſtincta. hec enim eſt diſpoſitio longitudinis circularis ſcilꝫ ꝙ extrema eius ſint adunata: immo in rei veritate non habet extremum.

Adhuc qm̄ omne qd̕ mouetur ab aliquo mouetur neceſſe irregularitatē fieri motus: aut ꝓpt mouens: aut propter motū: aut propter ambo: ſiue. n. mouēs non eadē virtute moueat: ſiue motū alteret ⁊ nō permaneat idē ſiue ambo trāſmutent nihil prohibet irregulariter moueri qd̕ mouet: nihil aūt hoꝝ poſſibile circa celū fieri. qd̕ quidē mouet oſtenſū eſt. ꝙ primū ⁊ ſimplex ⁊ ingenitū ⁊ incorruptibile ⁊ totaliter intranſmutabile. mouēs aūt multomagis irrationabile eē tale. primū eni primi: ⁊ ſimplex ſimplicis ⁊ incorruptibile ⁊ ingenitum incorruptibilis ⁊ ingeniti motiuū. qm̄ igit qd̕ mouet nō tranſmutat corp᷒ exiſtens: neqꝫ vtiqꝫ mouens tranſmutabitur incorruptibile exiſtens.

Et dicamus ꝙ ſi omne motum mouet a motore neceſſario diuerſitas motus aut erit ꝓpter rem motā aut ꝓpter motorē aut ꝓpter vtrūqꝫ

erit. hoc aũt q꞉ motoꝛ nõ mouet vna virtute aut quia res mota trãſmutaẽ ⁊ nõ remanet in eadeꝫ diſpoſitione aut ꝓpter diſpoſitionẽ moti ⁊ motoris. ⁊ quũ ita ſit nõ ẽ impoſſibile ut motũ moueatur motu diũſo nõ equali ⁊ nõ erit in celo aliqua harum diſpoſitionũ quas diximꝰ. Iã declarauimus ſuperius ꝙ ꝑmũ motum nõ eſt factum neqꝫ gnãtum neqꝫ coꝛruptibile neqꝫ tranſmutabile neqꝫ alterabile oĩno. ⁊ quũ ita ſit dignius ẽ ut motoꝛ primꝰ ſit huiuſmodi. cã enim ꝑma mouet ꝑmum cauſatũ tñ: ⁊ ſimplex mouet ſimplex ⁊ nõ gnãbile neqꝫ coꝛruptibile mouet nõ tranſmutabile neqꝫ coꝛruptibile. ⁊ quũ ita ſit corpus primũ motũ non ẽ gnãbile neqꝫ alterabile: neceſſario erit motoꝛ iſtius coꝛpoꝛis nõ alterabilis ⁊ maxĩe quũ ſit ſpũalis non coꝛpoꝛeus.

37 Hec eſt demõſtratio ſecũda alia a predicta ⁊ eſt firmiſſima demõſtratõnũ quibus vtiẽ in hac queſtione. fundaẽ enĩ ſup duas ꝓpõnes valde firmas: quarũ vna eſt ꝙ oĩs diuerſitas accidẽs in motibus naturaliũ accidit per diuerſitatẽ ꝓpoꝛtiõis potẽtie motoꝛis ad potentiã moti: qm̃ i omni moto eſt aliquo mõ potentiã moti diuerſa a potentia motoꝛis. velocitas.n. ⁊ tarditas nõ ſunt niſi ſm ꝓpoꝛtionẽ potẽtie motoꝛis ad potẽtiã moti. quanto igiẽ fuerit maioꝛ ꝓpoꝛtio tanto magis erit motus velocioꝛ: ⁊ quãto ꝓpoꝛtio minoꝛ tãto motus erit tardioꝛ. ſi ergo poſuimꝰ idẽ motũ ab eodẽ motoꝛe aliqñ velocius ⁊ aliqñ tardius neceſſario accidit ꝓpter diuerſitatẽ illius ꝓpoꝛtionis q̃ eſt inter rem motã ⁊ motoꝛẽ: qm̃ aliqñ maioꝛ apud velocitatẽ ⁊ aliqñ minoꝛ apud tarditatẽ. diuerſitas aũt ꝓpoꝛtionis accidit propter trãſmutationẽ contingentẽ motoꝛi ſiue debilitatẽ ſiue vigoꝛẽ: aut propter trãſmutationẽ contingentẽ moto: aut propter vtrũqꝫ. ſed q꞉ declaratũ eſt in phyſicis ꝙ motoꝝ iſtoꝝ motuũ .ſ. celũ non accidit ei trãſmutatio pro quũ abſtrahaẽ a materia. ⁊ declaratũ ẽ illic ꝙ motus ſuperius ab iſto motoꝛe neceſſe eſt ut ſit nõ trãſmutabile oĩo: manifeſtũ eſt ꝙ iſti motui non accidit trãſmutatio per additionẽ aut diminutionẽ quũ additio ⁊ diminutio moti ſequanẽ additionem ⁊ diminutionẽ: aut in motoꝛe: aut in moto: aut in vtroqꝫ. hec.n. eſt ſua declaratio quã intẽdebat in hoc ſermone: ⁊ ſermo eius in hoc eſt intellectus per ſe. ⁊ quũ .d. ⁊ hoc erit aut q꞉ motoꝛ nõ mouet ſemp vna virtute: intẽdit ꝙ non ſemp mouet vna virtute ſꝫ aliquãdo augmẽtatur eius potẽtia ⁊ aliqñ diminuitur. quũ.n. potentia augmentaẽ aut diminuiẽ nõ eſt eadeꝫ ⁊ indifferenẽ ſiue additio ſiue diminutio fuerint ex extrinſeco ſiue ex eſſentia motoꝛis ut viſum eſt in rebus motis per ſe: qm̃ aliqñ ſunt velocioꝛes ꝑ ſuã velocitatẽ ⁊ aliqñ tardioꝛes abſqꝫ eo ꝙ accidit tranſmutatio in motoꝛe aut in moto ⁊ nõ eſt ita: qm̃ aĩal qñ mouetẽ motu aliquo ⁊ in natura eiuſ eſt moueri velocius tũc non mouet ſuũ coꝛpꝰ niſi per quandã partẽ inſtrumẽti: ⁊ per qđ innatũ eſt mouere ſuũ coꝛpus .ſ. caloꝛẽ naturalẽ. ⁊ quũ moueat ſuũ coꝛpꝰ in fine velocitatis in quã vltimo poterit: tũc mouebit ſuũ coꝛpus per caloꝛẽ naturalẽ: ⁊ quũ mouet ſuũ coꝛpus per totũ illud inſtrumentũ. ⁊ quũ idẽ motoꝛ aliqñ mouet ꝑ quandã partẽ inſtrumẽti ⁊ aliqñ per totũ inſtrumentuꝫ: tunc mouebit per duas potentias qđ eſt impoſſibile i coꝛpoꝛibus celeſtibus: qm̃ hec tranſmutatio in motoꝛe eſt alteratio que eſt impoſſibilis in motibus coꝛpoꝝ celeſtiũ: ⁊ etiã declaratũ eſt ꝙ motoꝛ coꝛpoꝛis celeſtis nõ mouet per inſtrumenta. ⁊ quũ .d. aut quia res mota trãſmutaẽ intendit ꝙ ſua receptio tranſmutaẽ in magis aut minus: ⁊ hoc accidit neceſſario propter tranſmutationẽ moti in ſe per alterationẽ: qm̃ quãto magis receperit tanto magis erit velocioꝛ: ⁊ quãto minus receperit tanto erit tardioꝛ. Et quũ declarauit hoc dixit: ⁊ quũ ita ſit nõ eſt impoſſibile ⁊c̃. i. ⁊ quũ motoꝛ ⁊ res mota poſſint recipere trãſmutationẽ ⁊ alterationẽ nõ eſt impoſſibile ut motus ꝓueniens ex eis ſit diuerſus nõ equalis. quũ autẽ non recipiũt trãſmutationẽ .ſ. motoꝛ ⁊ res mota tunc motus qui ex eis ꝓuenit impoſſibile eſt ut ſit diuerſus. D. o. ĩpõſſibile ẽ ut ſit in celo aliqua iſtaꝝ diſpõnũ aut aliq̃ iſtarũ trãſmutationũ q̃ faciũt velocitatẽ ⁊ tarditatẽ: aut in motoꝛe: aut in moto: aut ĩ vtroqꝫ. D. o. iã enĩ declarauimꝰ ⁊c̃. ⁊ intẽdit ꝑ primũ motũ ꝑmuꝫ celũ. Declaratũ eſt.n. in phyſicis ꝙ ipſũ ẽ ꝑmo res mota a ꝑmo motoꝛe: ⁊ intẽdit ꝑ nõ factũ .i. non cõpoſitũ ex mã ⁊ forma: aut etiã alia coꝛpo ſimplicia aut compoſita. ⁊ totũ hoc declaratũ eſt in ꝑncipio iſtiꝰ libri. ⁊ intẽdit ꝑ trãſmutationẽ ſm ꝙ reputo ⁊ augmẽtationẽ ⁊ diminutionẽ: ⁊ ꝑ alterationẽ trãſmutationẽ ĩ q̃litatibꝰ: ⁊ .d. q꞉ declaratũ eſt ꝙ ꝑmo res mota nõ trãſmutaẽ trãſmutatiõe alterabili: iſte pit dicere ꝙ hoc minus oꝫ eſſe in ꝑmo motoꝛe etiã: ⁊ .d. ⁊ quũ ita ſit ⁊c̃. i. quũ declaratũ ẽ de ꝑmo moto ꝙ nõ eſt trãſmutabile neqꝫ alterabile: digniuſ ẽ ut motoꝛ ꝑmus nullo mõ poſſit eẽ trãſmutabilis. D. o. cãm ⁊ .d. cã igiẽ ꝑma ⁊c̃. idest ⁊ neceſſe ẽ ut motoꝛ ꝑmi motus ſit nõ trãſmutabiliſ q꞉ motoꝛ ꝑmi moti ẽ ꝑmꝰ motoꝛ: ⁊ ens ſimplex ẽ qđ mouet motũ ſimplex: ⁊ motoꝛ nõ generabiĺ neqꝫ coꝛruptibiĺ ẽ illud qđ mouꝫ rẽ motã neqꝫ generabilẽ neqꝫ coꝛruptibilẽ idest ⁊ quũ ꝑmus motoꝛ ſimplex neceſſario ẽ ut nõ ſit mobilis aut coꝛruptibilis uel trãſmutabilis: ⁊ totũ hoc declaraẽ ꝓpe in .viij. phyſi. D. o. ⁊ quũ ita ſit ⁊c̃. i. ⁊ quũ ita eſt ut motoꝛ ſimplicis ſit ſimplex: ⁊ motoꝛ eiꝰ qđ ẽ nõ generabile neqꝫ coꝛruptibile ẽ ingenerabile ⁊ incoꝛruptibile: ⁊ coꝛpuſ celeſte ẽ ſimplr̃ nõ generabile aut coꝛruptibile neceſſario ẽ ut motoꝛ celi ſit ſimplex nec generabile nec coꝛruptibile: ⁊ maxime quũ poſuerimus ipſũ eſſe ſpũalem nõ coꝛpoꝛeum: ut declarauit in .viij. phyſi.

Quare ⁊ ratione ĩpoſſibile irregularẽ eẽ. etenĩ ſi fiat irregulariẽ aut tota trãſmutaẽ: ⁊ qñqꝫ qdẽ fit uolutioꝛ qñqꝫ auteꝫ tardioꝛ. iterũ aut partes ipſius ptes quidẽ ipſius ꝙ non ſunt irregulares manifeſtuꝫ. iam enim vtiqꝫ facta fuiſſet diſtantia aſtroꝝ in infinito tẽpoꝛe: hoc qdẽ velocius moto hoc aũt tardius. nõ videtur aũt nihiĺ aliũ his elõgationibꝰ ſꝫ etiam neqꝫ totam accidit trãſmutari. remiſſio enĩ vniuſcuiuſqꝫ fit ꝓpter impotẽtiam. impotẽtia aũt preter naturã. etenĩ in animalibꝰ impotentie oẽs preter naturã ſunt puta ſenectus ⁊ decremẽtuꝫ. tota enĩ cõſiſtentia animaliũ forte ex talibus conſtat que differunt ꝓpriis locis. nulla enim partiũ ipſius habet eam que ipſiꝰ regionem. ſi igitur in ꝑmis nõ eſt qđ preter naturam. ſimplicia enim ⁊ ĩmiſta ⁊ in ꝓpria regione ⁊ nihil ipſis cõtrarium neqꝫ vtiqꝫ in potẽtia erit quare vtiqꝫ neqꝫ remiſſio neqꝫ intentio. ſi enĩ intentio ⁊ remiſſio.

Impoſſibile ẽ igitur ut motꝰ celi ſit diuerſus nõ equalis. ſi igitur motꝰ celi fuerit non equalis aut vniuerſaliter trãſmutatur: quapꝛopter motꝰ eius erit aliquãdo velocioꝛ ⁊ aliquando tardioꝛ aut ptes eius eſſent huiuſmodi. ſꝫ motus partiũ celi non ſũt diuerſi ⁊ hoc manifeſtum ẽ: quoniaꝫ ſi eẽnt diuerſi neceſſario in longitudine ſeculi remouerentur ſtelle ab inuiceꝫ. quedã enim eſſent in parte celi que mouenẽ motu veloci ⁊ quedaꝫ in motu tardo: quapꝛopter ſtelle elongarenẽ ab inuicem quod eſt impoſſibile in preterito ſeculi. neqꝫ celum trãſmutatur etiam quoniam flexibilitas cuiuſlibet rei ẽ propter ſuã debilitatem. debilitas autem eſt extra naturaꝫ. ẽ enĩ accidẽs qđ

accidit ei: qm̄ debilitas exiſtens in omnibus animalibus ē accidēs extra naturā ut ſenectus etiā ptiſis: ⁊ hoc accidit per generationē aialiū que ſiunt ex rebus contrariis diuerſoꝝ locoꝝ ⁊ nulla pars animalis eſt in ſuo loco: quapropt̄ animal cito ſeneſcit. reuertamur ergo ⁊ dicam⁹ ꝙ ſi act⁹ qui ſunt extra naturā nō ſequūt̄ corpora prima que ſunt ſimplicia nō admiſta ⁊ ſunt ī ſuis locis naturalibus ⁊ nō habēt cōtrariū oīo neceſſario nō accidit eis debilitas: ⁊ ſi debilitas nō accidit eis: ergo motus eoꝝ non habebūt rigiditatem neqꝫ flexibilitatē. ſ. vel non velocitatē vel tarditatem: qm̄ ſi motus hoꝝ habuerint rigiditatē ꝫ haberent flexibilitatē neceſſario.

38 Hec eſt demōſtratio tertia in qua vult declarare ꝙ motui celi nō ꝯtingit velocitas q̄ ſit ex iuuentute aialiū: neqꝫ tarditas que fit ex ſenectute aialiū: ⁊. d. ſi g̃ ⁊c̄. i. ſi g̃ motus celi nō equalis fuerit in velocitate aut totū celū erit diuerſuꝫ in motu aut ſm̄ ptes. ⁊ intēdit per motū totalē motū diurnū: ⁊ per motū corpoꝝ motū ſtellarū fixarū: qm̄ aliquis pōt dicere ꝙ forte iſte ſtelle fixe ſunt in orbibus propriis: ⁊ habꝫ in ſe motus diuerſos ſed nō apparet hoc in lōgo tpe. ipſe aūt ꝯtradicit huic poſitiōi ex eo qd̄ apparet in ꝯſideratōib⁹ p̄dictis. ſ. ꝙ lōgitudines iſtaꝝ ſtellarū ſunt eedē in antiquo tpe ⁊ in noſtro: ⁊ hoc intēdebat qum. d. qm̄ ſi eſſent diuerſi ⁊c̄. i. qm̄ ꝯueniret ex hac poſitiōe ut remouerent̄ ab inuicē in aliquo tpe: ⁊ ſic eſſent lōgitudines ꝯſiderate ab antiqs diuerſe a longitudinibus quas hodie videmus ⁊ nō eſt ita. videmus vulturē volantē ⁊ vulturē cadentē ⁊ alias ſtellas habentes figuras terminatas in eodē ſitu ⁊ in eiſdē longitudinibus in quib⁹ antiqui poſuerūt ipſam. ⁊ qū dicit cōtradicit ſenſu fingētibus ꝙ iſte ſtelle habent motus particulares diuerſos preter motū vniuerſalē ꝓpter quē dicunt̄ fixe: incepit declarare ꝙ impoſſibile eſt ut motus inequalis inueniat̄ in toto celo ⁊. d. neqꝫ celū tranſmutat̄ ⁊c̄. i. neqꝫ motus totius celi pōt tardari ⁊ flecti in tpe futuro. flexibilitas enī motus erit in aialibus ꝓpter debilitatē. debilitas autē ē extra naturā qꝛ ꝯtingit ꝙ hoc eſt accidens in aialibus ex p̄ma generatōne. ⁊ quia cauſa ꝙ trāſmutatio ⁊ corruptio accidat aialibus eſt: quia generant̄ ex elemētis cōtrariis. ⁊ qū hoc ſit in eis nō ſunt in ſuis locis ꝓpriis: ⁊ hoc intendebat per hoc ꝙ corruptiō ⁊ tranſmutatio ꝯtingit ꝓpter iſta duo: qm̄ ꝓpter cōtrarietatē tranſmutant̄ ad inuicē. ⁊ qꝛ nō ſunt in ſuis locis appetūt ſeparationē ⁊ teneri ad ſua loca naturalia. ⁊ intendebat per hoc ꝙ ſi celū non eſt cōpoſitū ex cōtrariis neqꝫ ex rebus que ſunt in eo non in ſuis locis neceſſe eſt ut nō accidat ei debilitas nec corruptio in aliqua hora: ⁊ hec cōſequētia eſt manifeſta per ſe. ⁊ qū declarauit ꝙ impoſſibile eſt ut in celo accidat debilitas: declarauit ꝙ impoſſibile eſt ut accidat ei rigiditas aut flexibilitas: ⁊. d. ſi igit̄ debilitas nō accidit ei ⁊c̄. ⁊ hoc qd̄ dixit manifeſtū eſt ex eo qd̄ poſuit ꝙ fortitudo ⁊ debilitas eſt cā rigiditatis motus ⁊ flexibilitatis ⁊ debilitatis: ⁊ hoc eſt ꝙ ſit cā velocitatis ⁊ tarditatis que accidit ex natura. que autē fit ex velocitate in aialibus habet ſpeculationē. ſ. ꝙ neceſſe eſt ut aial qd̄ feſtinat ⁊ tardat̄ voluntarie ſit ex aialibus in q̄bus ꝯtingit debilitas cū apprehenſiōe. ⁊ ex hoc apparet ꝙ cā in aialibus eſt quare aliqñ feſtinat voluntarie ⁊ tardat: qꝛ aliqñ mouet̄ ex extrinſecis: g̃ illud extra qd̄ nihil ē qd̄ moueat ipſū impoſſibile eſt ut aliqñ feſtinet aliqñ tardet ex ſe. ⁊ ſi aliqs dixerit forte magis cōueniēs eſt in iſtis rebus generalibus ⁊ corruptibilibus ꝙ corpora celeſtia mouent̄ aliqñ tarde aliqñ velocit̄: ⁊ hoc eſt ꝓpter ſuā imaginationē in actu per intellectū: qū ſit determinatū ꝙ cogitēt p intellectū: ⁊ ꝙ habeāt ſollicitudinē erga nos. ⁊ ſicut videm⁹ ꝙ artifex aliqñ feſtinat aliqñ tardat: forte ita eſt in corporibus celeſtibus cū eis que ſunt ſub eis. dicemus igit̄ ꝙ hoc nō eſt poſſibile niſi eſſet poſſibile ꝙ haberēt imaginationes aliqñ in potentia ⁊ aliqñ in actu. ⁊ qꝛ declaratū eſt ꝙ imaginationes ſemper ſunt in actu: non cōtingit ut motus ex eis ſit mutatus: ⁊ in hoc errauit Auicēna qū putauerit ꝙ corpora celeſtia habent phantaſiā. haberēt enī inſtrumentū ſenſus: ⁊ ſi haberēt inſtrumentū ſenſus eſſent eis propter ſalutem: ⁊ ſi propter ſalutem poſſent eis accidere occaſiones.

Adhuc autē ⁊ irrationabile ⁊ infinito tpe potens eſſe mouens ⁊ rurſus alio infinito ⁊ potēs nihil. n. videt̄ exiſtens infinito tpe preter naturaꝫ in potentia aūt eſt preter naturā: neqꝫ equali tpe preter naturā: ⁊ ſm̄ naturā neqꝫ totaliter potēs ⁊ ipotens: neceſſe autē ſi remittit̄ motus infinito tpe remitti. Sed adhuc neqꝫ intendi ſemper aut iteꝝ remitti poſſibile: infinitus eniꝫ vtiqꝫ erit ⁊ indeterminatus motus. omnē autē ex aliquo ī aliquid eſſe ⁊ determinatum.

Dicamus etiā ꝙ impoſſibile ē ut aliquod motū aliqñ ſit forte ⁊ rigidū in tēpe infinito: ⁊ aliqñ debile in tēpe infinito. non enī videmus aliquid extra naturā accidens ei eternū in infinito. debilitas autē eſt accidens extra naturā: quapropter īpoſſibile ē ut res mota ſit debilis ī tpe infinito: ⁊ īpoſſibile ē ut mot⁹ ſit ſ꜄ꝫ diſpōnē nālē ⁊ ex̄ diſpōnem naturalē ſit in equali tēpe. ſ. ꝙ non erit rigidus ⁊ debilis inſl̄ in tpe infinito: qm̄ mot⁹ qū debilitat̄ ⁊ flectit̄ flectiōe eterna erit in tpe infinito: qd̄ eſt impoſſibile: qm̄ res accītalis que ē extra naturā nō erit equalis in tpe rei naturali: neqꝫ ē poſſibile ut motor etiaꝫ vigoreſcat in ſuo motu vigoratiōe eterna: ⁊ flectat ipſū flectione eterna: qm̄ ſi ita eſſet inueniret̄ motus infinitus ⁊ nō terminatus. ⁊ iā diximus ꝙ oīs motus nō erit niſi de loco ad locū ⁊ ꝙ eſt terminatus ⁊ finitus.

39 Hec eſt demonſtratio quarta ꝙ celum non habet tarditatem que ſit ex debilitate ⁊ ſenectute: neqꝫ velocitatem que fit ex iuuentute: ⁊. d. dicamus etiā ꝙ impoſſibile ē ⁊c̄. ideſt quiꝫ poſuimus ꝙ celū ſemper mouet̄: ⁊ poſuimus ꝙ accidat ei tarditas ex debilitate: ꝯtingit ut motus debilitet̄ in tpe infinito: ⁊ ſimilit̄ ꝯtinget ſi motus eius intendat̄ ut rigiditas motoris ꝓcedat in infinitū. ⁊ qum ita ſit neceſſe eſt ut potētia motoris augeat̄ augmēto īfinito: ⁊ diminuit̄ diminutōe īfinita. ⁊ qū poſuit ꝙ hoc ꝯtingit ſi poſuim⁹ ꝙ celū flectet̄ ī ſuo motu ſemp: incepit narrare īpoſſibilitatē que ꝯtingit huic: ⁊. d: non. n. videmus. ⁊c̄. i. impoſſibile ē ut potētia ſemper diminuat̄ ⁊ ſemper debilitet̄ in infinitū diminutio enim eſt debilitas: ⁊ debilitas eſt extra naturā ⁊ hoc eſt accidens ei ſm̄ ꝙ eſt extra naturam: impoſſibile eſt ut ſemper inueniatur. D. d. quopropter impoſſibile eſt ut res mota ſit debilis in tempore infinito. i. quapropter impoſſibile eſt ut debilitas motoris augmentetur in tempore infinito. Deinde dicit aliud impoſſibile quod ſequit̄ hanc poſitioneꝫ: ⁊ dixit: ꝙ impoſſibile eſt ut motus ſit ſm̄ ſuam diſpoſitioneꝫ naturalem ⁊ extra ſuam diſpoſitionē naturalem in tempore equali. i. ⁊ intelligit per tēpus equale tempus infinitum. tempus enim infinitum dicitur aliq̊ modo eſſe equale infinito: qum infinitum non ſit maius infinito: ⁊ etiam contingit ut ſit rigidum ⁊ debile inſimul in tempore infinito: qm̄ qum infinitum non addit ſuper infinitum: contingit ut tempus debilitatis ſit idem cū tēpore rigiditatis ut ꝯtingit eſſe in habenti potentias cōtrarias in tēpore infinito ut dictum eſt in primo tractatu: ⁊ hoc intēdebat qū dixit. ſ. qꝛ erit rigidū ⁊ debile inſimul in

tpe infinito: ⁊ nõ eſt explanatio eius qḋ ṗdixit ſed aliud impoſſibile: ſed vlter huic ſermõi ↄtingunt impoſſibilia duo. vnũ eſt ut tẽpus diſpõis qḋ eſt extra naturã ſit equale tpi diſpõnis naturalis qḋ eſt cõtrariũ ſenſui: alterũ vero eſt ut idẽ ſit rigidũ ⁊ debile inſimul in tpe infinito: videt̃ ḡ ꝙ ſit incipiẽs primũ impoſſibile. D. explanãs ipſũ p impoſſibile qḋ ſequit̃ ab eo: igit̃ reuertit̃ ad declarandũ primũ impoſſibile ⁊. d. qm̃ motus qũ debilitat̃ ⁊c̃. i. ⁊ qum poſuit hec duo impoſſibilia induxit tertiũ impoſſibile qḋ ſequit̃ ex hac poſitiõe: ⁊. d. ⁊ impoſſibile eſt ut motor vigoreſcat in ſuo motu ⁊c̃. i. ⁊ quꝫ impoſſibile eſt ponere ꝙ motor põt augere ſuũ motũ ⁊ feſtinare ipſũ in infinitũ ita ꝙ ſi modo mouet aliquo moto: poſt mouebit velocius ⁊ poſt velocius ⁊ ſic in infinitũ: qm̃ ſi ita eſſet nõ eſſet hic motus terminatus nãliter in velocitate ⁊ tarditate. D. d. ⁊ iã diximus ꝙ ois motus erit de loco ad locũ ⁊ ꝙ eſt terminotus ⁊ finitus. i. ⁊ iã diximus ꝙ motus nãles ſunt terminati. ſi enim recti fuerint terminant̃ duobus modis q2 ſunt ex loco terminato ad locũ terminatũ: ⁊ q2 habẽt velocitatẽ terminatã. ſ. ꝙ in eis impoſſibile eſt ut ſit maior velocitas. ſi autẽ circulares fuerint terminãt̃ q2 habẽt velocitatẽ terminatã [⁊ neceſſe eſt iſtũ locũ intelligere ſic determinatũ. etenĩ ẽ ꝙ nõ eſt motus circularis a loco terminato ad locũ terminatũ nãliter qũ nõ ſit inter duo oppoſita qũ declaratũ ẽ in phyſicis: ⁊ ob hoc quidẽ neceſſe eſt ut ois motus nãlis ⁊ voluntarius habeat velocitatẽ terminatã: q2 ois mot' hꝫ motorẽ terminatũ: ⁊ ſi eſſet poſſibile inuenire velocitatẽ nõ terminatã tunc motor non haberet potentiã terminatã ḡ neqꝫ naturã terminatã: q2 ſic intelligerent̃ ex ſuo eſſe res propẽ ei. ſed iã declaratũ eſt ꝙ motores celoꝝ differunt: ⁊ in potẽtia: ⁊ in eſſe: ⁊ cũ hoc vnũquodqꝫ coꝝ mouet per infinitũ non igit̃ remanet ut differãt niſi ꝑpter diuerſitatẽ ꝓportiõis inter vnũqḋqꝫ eoꝝ ⁊ corpus qḋ mouet. ⁊ ſi potẽtie eoꝝ eſſent infinite in vigore mouendi nõ erit proportio inter motorẽ ⁊ rem motã: ⁊ ſi hoc eſſet nõ eſſet differẽtia inter eos neqꝫ eẽt illic multitudo dio. V. g. q2 motor orbis ſaturni ⁊ motor orbis totius moueret tpe infinito. ſi igit̃ non differũt in hoc ⁊ ſi quẽadmodũ nõ differunt in hoc nõ differũt in potentia motoris: ⁊ ſi nõ differunt in potẽtia motoris nulla potentia eſſet inter motores nedũ ut ꝗlibet eoꝝ habeat potentiã mouendi in infinito: ⁊ ſi ita eſſet inuenire motus in inſtãti: ⁊ oẽ hoc ẽ impoſſibile: ⁊ iõ opinandũ eſt ꝙ potentie mouentiũ ſeparabiliũ alterũ a materia ſunt finite vno mõ: ⁊ infinite alio mõ ⁊ qḋ ex hoc apparet poſt hoc dicet Ariſ. qm̃ ſi ceteri orbes habuiſſẽt ex multitudine ſtellaꝝ qḋ habet orbis ſtellatus tũc motor eoꝝ non poſſet mouere eos in velocitate quã modo habẽt: ⁊ ſilr eſſet ſi orbis eſſet maior q̃ ſit: ⁊ iõ credendũ eſt ꝙ potẽtie mouentiũ ſunt terminate ꝓportiõis ad corpora mota ⁊ ꝙ infinitas nõ inuenit̃ in eis niſi propẽ eternitatẽ. cã eni abſciſionis ⁊ ↄtinuitatis eſſe ⁊ eius eternitatis non eſt materia. qũ ḡ motor ⁊ res moto ex illis abſcindunt̃ o prima mã non abſcindet̃ ſuũ eſſe neqꝫ ſuũ opus qḋ eſt mouere ⁊ moueri. ⁊ q2 cã in terminatiõe ꝓportionũ q̃ ſunt inter potentias motoꝝ ⁊ reꝝ motarũ ab eis eſt diuerſitas formarũ: ↄtinget ut hec infinitas ſit cõis formis q̃ ſunt in mã ⁊ formis que non ſunt in mã: ⁊ hoc plus manifeſtabit̃ apud queſtionẽ quã queret Ariſ. quare orbes qui ſunt ſub maiori orbe mouẽt vnã ſtellã ⁊ vnaqueqꝫ ſuã: ⁊ orbis maior mouet plures ſtellas.

Adhuc autẽ ſiquis accipiat eſſe aliquod tp̄us minimũ cuius nõ ↄtingit in minori moueri celũ ſicut. n. neqꝫ citharizare neqꝫ ire in quocũqꝫ tpe poſſibile: ſed ẽ vniuſcuiuſqꝫ actus determinatũ minimũ tempus ad nõ excedere ſic nec moueri celũ in quocũqꝫ tẽpe poſſibile. ſi igit̃ hoc verum non vtiqꝫ erit ſemp intentio latiõis. ſi aũt nõ intẽſio neqꝫ remiſſio: ſimilit̃. n. ambo ⁊ alterũ ſiqdẽ eadẽ intẽdit̃ velocitate aut maiori ⁊ infinito tpe. Et dicamus etiã ꝙ motus celi habet tp̄s determinatũ minimũ in cuius minori non poteſt moueri: ſicut nec põt ambulans ambulare neqꝫ muſicũ tãgere chordã in minori tpe eo i quo fit ambulatio ⁊ tactus: qm̃ ois operatio hꝫ tẽpus minimũ terminatũ qḋ non ptrãſit: ita motus celi etiã habet tp̄s modicũ in quo mouet̃ ſuo motu circulari vltra qḋ non ꝓcedit. ⁊ quꝫ hoc ſit in hoc mũdo impoſſibile eſt ut motus habeat ꝑpetuã flexibilitatẽ: qm̃ qũ impoſſibile fuerit alterũ hoꝝ: impoſſibile eſt alteꝝ ⁊c̃. ſ. q2 quꝫ poſſibile fuerit ut motus celi ſemper addat in vigore poſſibile eſt ut ſemper addat in flexione. ⁊ qum poſſibile eſt ut motus eius ſemper addat in flexione poſſibile erit ut ſemp addat in vigore: qḋ eſt impoſſibile ut declarauimus ſuperius.

40 Hec demõſtratio nõ eſt alia a ṗdicta ſed ẽ ſyllogiſmus p quẽ verificat deſtructionẽ quã poſuit in iſto ſyllogiſmo hypothetico. ſyllogiſm'. n. ſic cõponit̃: ſi mot' celi hꝫ velocitatẽ ⁊ tarditatẽ: aut vigorabit̃ in iſinitũ: aut debilitabit̃: aut tardabit aliqñ ⁊ aliqñ feſtinabit. D. deſtruxit ⁊ nõ vigorat̃ in infinitũ duab' demõſtratõibus: quarũ vna eſt ꝙ ſi ita eſſet hic motor nõ eſſet motor huius motus terminatus: ſed iã declaratũ eſt ꝙ ois motor ẽ terminatus. ſecũda eſt quã vult mõſtrare i hoc ca. ⁊. d. ⁊ dicamus etiã ꝙ motus celi ⁊c̃. i. manifeſtũ eſt hoc inductiõne ꝙ motus celi hꝫ tp̄s terminatũ: ⁊ ipoſſibile eſt ut celũ moueat̃ in tpe minori illo ⁊ hoc manifeſtũ eſt ex inductiõe: qm̃ ſicut ambulãs hꝫ tẽpus minimũ in cui' minori nõ põt ambulare ſpatiũ terminatũ: ⁊ muſicus hꝫ tp̄s in cui' minori ipoſſibile ẽ tãgere aliud: ⁊ ſilr in oi motu ⁊ in omni operatiõe: ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ celũ dꝫ ita eſſe qũ ſit vnũ rerũ motarũ: ⁊ nõ dꝫ aliqͣ ↄtradicere huic inductiõi in dicẽdo ꝙ hoc nõ eſt niſi in potẽtijs finitis mãlibus. vos aũt dicetis ꝙ potẽtia motoris celi eſt infinita: qm̃ nos nõ intẽdimus p infinitũ niſi infinitatẽ motiõis. i. ꝙ motio eoꝝ nõ ceſſat. infinitas autẽ intẽtiõis ut illic nõ ſit ꝓportio inter potẽtiã motoris ⁊ moti ipoſſibile eſt in formis inq̃tũ ſũt forme. ⁊ declarauit ꝙ ipoſſibile ẽ ut mot' vigoret̃ ſemp: declarauit ꝙ ſequit̃ ex hoc ut ſit ipoſſibile ut mot' remittat̃ ſemp. ⁊ qḋlibꝫ iſtoꝝ poſitoꝝ ſequit̃ ex ſuo cõpari. ſ. ꝙ ſi ſemp vigorari ẽ poſſibile: poſſibile ẽ ut ſemp remittat̃ ⁊ ecõuerſo. ⁊ ſi ipoſſibile ẽ ipoſſibile ẽ ⁊ ecõuerſo: ⁊. d. ⁊ ſi hoc ſit i hoc mũdo ipoſſibile ⁊c̃. i. ⁊ ſi ipoſſibile ẽ ꝙ mot' iſti' mũdi augmẽtet̃ i infinitũ ipoſſibile ẽ ut reflectat̃ i infinitũ: ⁊ cã iſti' ẽ ꝙ potẽtia motoris eſt termiata ⁊ ꝙ nõ mouet qḋcũqꝫ ſic nec i q̃cũqꝫ velocitate ſed ſi potẽtia motoris remittit̃ neceſſe ẽ ꝑuenire ad terminũ in quo impoſſibile eſt mouere. ⁊ ſi intẽdat̃ neceſſe eſt ꝑuenire ad terminũ in quo impoſſibile mouere maiori motu. ⁊ reſiduũ ſui ſermonis manifeſtũ eſt per ſe.

Relinquit̃ itaqꝫ dicere viciſſim eſſe motũ ad velocius ⁊ tardius: hoc autẽ penitus irrõnabile ⁊ ſimile fictiõi. adhuc autẽ ⁊ nõ latere i his rõnabilius. ſenſibilia. n. iuxta inuicẽ poſita qḋ quidẽ igit̃ ⁊ vnũ ⁊ ſolũ eſt celũ ⁊ iſtud ingenitũ ⁊ ſempiternũ. adhuc autẽ motum regulariter intantũ nobis dictum ſit.

Remanet ergo dicere ꝙ motus celi aliquando vigoratur ⁊ aliquãdo debilitatur: ⁊ ꝙ iſti motus ſunt ſucceſſiui. ſ. ꝙ celum aliquando eſt velocius aliquando tardius. ⁊ ſimile enim eſt fabule: ⁊ ſi ita eſſet non lateret nos caſus eius ſub viſu: qm̃ qum contraria poſita fuerint vnum in

oppoſito alteri⁹ citius cognoſcūt ⁊ facilius ſentiunt. declaratū eſt etiam per ea que diximus ex propoſitiōibus ⁊ ſyllogiſmis ꝙ celū eſt vnū tm̄: ⁊ ꝙ non eſt factū neqꝫ generatū: ⁊ ꝙ eſt eternuꝫ ⁊ ꝙ motus eius eſt equalis ſine aliqua diuerſitate omnino.

Amplius aũt de motu dicit ſimplicit̃. nõ. n. ſufficit dicere quoniã amicitia ⁊ lis mouent: ſed non hoc fuit amicitie eſſe: ꝙ motu tali: liti aũt ꝙ tali. oportebat igit̃ aut determinare: aut ſupponere: aut demonſtrare: aut certe: aut molliter: aut aliter qualiter.

41 Siĺr etiam nõ dixit de motu neq3 de ei⁹ natura. non enĩ ſufficit in cognitione ſue nature tm̃ dicere ꝙ lis ⁊ amicitia ſint mouẽtia: ſed debet dicere q̇s ſit motus q̃ mouet̃ lis: ⁊ q̇s ſit mot⁹ q̃ mouet̃ amicitia: oportet enĩ cum dicere ſermonẽ certum: aut ſufficientez.

Amplius autẽ quoniã vident̃ ⁊ vi ⁊ pret̃ naturam moueri corpora: ⁊ ſm naturã. U. g. ignis quidem ſuperius non vi: inferius autẽ vi. vi autẽ ei quod ſm naturã: contrariuz autẽ eſt quod vi. eſt igitur ⁊ ſm naturam moueri. hanc igit̃ amicitia mouet aut non: contrariũ enim terrã ſuperius ⁊ ſegregationi aſſimilatur: ⁊ magis lis ẽ cauſa ei⁹ qui ſm naturam motus q̃3 amicitia: quapropt̃ ⁊ vniuerſaliter preter naturã amicitia erit magis. Simplicit̃ autẽ niſi amicitia aut lis mouet: corũ corporum nullus motus ẽ neq3 mora: ſed incõueniens.

42 Et qꝛ videmus i vnoquoq3 elemẽtoꝝ motũ violẽtuz neceſſario debet eſſe in vnoquoq3 coꝝ motus naturalis nature enim ꝓor eſt. ⁊ qꝛ ignis ⁊ terra nõ cõgregantur niſi quãdo terra mouet̃ ad ſuperius ⁊ ignis ad inferius: debent ergo ſeparari qñ ignis aſcẽdit ⁊ terra deſcendit. aſcẽſus autem terre ⁊ deſcenſus ignis eſt violentus. ſi ergo lis eſt cauſa ſegregationis rerum vt iſte dicit: ⁊ amicitia cauſa cõgregationis: ergo amicitia quã laudat ⁊ ꝓorat eſt cauſa motus violenti poſterioris: ⁊ lis cauſa motus ꝓoris naturalis. lis ergo dignior eſt eſſe cauſa q̃ amicitia: tñ hoc ipoſſibile eſt apud ipſum.

Amplius autẽ vident̃ mota. ſegregat eniz q̇dem lis: ductus ẽ autẽ ſuperius ether: non a lite: ſed qñq3 inquit vt a fortuna: ſic enĩ conſtituit currens tunc: multotiens autem aliter. Quãdoq3 q̇dem inquit innatum eẽ ignẽ ſuperius agi. ether autẽ ingrediebatur terre ꝓfundas radices. ſimiliter autem ⁊ mundũ ſimiliter habere inquit in lite nunc: ⁊ prius in amicitia. quid igitur eſt qȯ mouet primum ⁊ cauſa motus? non eniz amicitia ⁊ lis: ſꝫ cuiuſdã hec cã. ſi vtiq3 eſt illud principiuz.

43 Si igiẗ neqꝫ amicicia neqꝫ lis ſūt cauſe iſtoꝝ duoꝝ motuū ergo neqꝫ motuū oīuꝫ oīo. ⁊ qm̄ cā motus nō ē: neqꝫ motus oīo: ⁊ etiā dicim⁹ ꝙ qm̄ declaratuꝫ ē ꝙ mund⁹ moueẗ ī hoc tpe apud eē mot⁹ litis: ⁊ ī antiq̄ apud eſſe amicitie eodē motu ⁊ ſilr: īpoſſibile ē ḡ vt lis ⁊ amicicia ſint cā iſtius mot⁹. iſti enī duo mot⁹ q̄ꝝ cauſe ſunt lis ⁊ amicitia diuerſi ſunt in eodē tēpoꝛe: ⁊ in eodē ſubiecto nō cōgregātur inſimul: ſed aliquādo hoc: ⁊ aliqn̄ hoc. faciens ḡ vnū motū in tēpoꝛe motionis amicitie ⁊ in tpe motionis litis: neqꝫ eſt lis: neqꝫ amicitia.

Incōueniens aūt ⁊ ſi anima ex elemētis aut vnum aliqd̓ eoꝛum: alterationes enī aīe quomō erūt? V.g. muſicū eē: ⁊ rurſus ſi nō muſica: aut memoꝛia: aut ⁊ obliuio. Palā aūt qm̄ ſiquideꝫ ignis anima: paſſiones erūt ei quecūqꝫ igni ſꝫ ꝙ ignis: ſi autē miſcibile coꝛpoꝛalia: haꝝ aūt nulla coꝛpoꝛalis: ſed de his altius opus eſt contemplationis.

44 Et īpoſſibile eſt hoc qd̓ dixit ꝙ aīa ſit ex elementis. īpoſſibile enī ē reddere cauſas actionū aīe ⁊ paſſionū eius ex elemētis. V.g. ſapie ⁊ iſipiētie ⁊ rememoꝛatiōis: ⁊ obliuiōis ⁊ aliaꝝ actionū aīe: ⁊ etiā ſi aīa vt q̄dā dicūt ē ignis aut miſta ex igne ⁊ elemētis alijs: neceſſariū ē vt in ea videanẗ: aut actio ignis ⁊ eius ꝯſequētia: aut ſaltē ꝯſequētia coꝛpoꝛis. ſed nō videẗ aliq̄ actio attribui actionib⁹ coꝛpoꝛū. ſed cōſideratio de iſtis rebus nō ē iſtius libri. Reuertamur ergo ad ſermonē de elemētis: ⁊ ꝯſiderem⁹ quō ab eis generentur oīa alia.

De elementis aūt ex qbus coꝛpa conſtituta ſunt: in quib⁹ quidē videtur eē aliqd cōmune aut tranſmutari inuicē: neceſſe enī ſi alterū hoꝝ: ⁊ alterū cōtingere. Quicūqꝫ enī non faciūt ex iuiceꝫ generationē neqꝫ ex vnaquaqꝫ niſi ſicut ex pariete lateres incōueniēs: quō enī ex illis erūt carnes ⁊ oſſa ⁊ alioꝝ quodcūqꝫ: Habet aūt qd̓ dicitur queſtionē ⁊ ex alterutris generātib⁹: quō generatur ex eis aliud aliqd preter hec: dico aūt. V.g. ex igne eſt aqua: ⁊ ex hac generari ignē: ē enī aliquod cōmune ſubiectum: ſed vtiqꝫ ⁊ caro ex eis generatur ⁊ medulla: hec vtiqꝫ generātur quō? Illis quidē enī qui dicūt vt Empedocles qs erit modus: neceſſe enī ē cōpoſitionē eē: ſicut ex lapidibus ⁊ laterib⁹ paries: miſtura vtiqꝫ hec ex ſaluatis vtiqꝫ erit elementis: ſꝫm paruis aūt ad iuicē cōpoſitis. Itaqꝫ vtiqꝫ caro ⁊ alioꝝ vnūqdqꝫ.

45 Exiſtimantes aūt ꝙ elemēta ex q̄bus ē oīuꝫ cōpoſitio habēt cōmunē materiā: ⁊ ꝙ trāſmutanẗ ad inuicē: neceſſe ē eis qum cōfeſſi fuerint cōmunē eē materiam: vt cōcedāt trāſmutationē eoꝝ eē ad inuicē. ⁊ qm̄ cōfeſſi fuerint tranſmutationē eē: eſt neceſſe eis materiā eē cōcedere. q̄ autem nō cōcedūt generationē eoꝛum ad inuicē: ⁊ ponunt generationē alioꝝ cōpoſitoꝝ ex eis: īpoſſibile ē eis dare verū modū in generationis q̄litate: ⁊ qualiẗ cōpoſita generenẗ ex his ſimplicibus: vt generatio carnis ⁊ oſſis: ⁊ qualiter ſimplicia generenẗ ex cōpoſitis: qm̄ īpoſſibile ſit eis dicē in hoc niſi tm̄ vnū modum. ſ. modū cōpoſitiōis parietis ex lapidibus a laterib⁹: ⁊ modū lationis eoꝛū a piete. hoc aūt modo cōtingerēt eis multa īpoſſibilia: quoꝝ vnuꝫ ē pᵉdictum: ⁊ ē pm̄ū incōueniens: ꝙ miſtio ſit cōpoſitio partiuꝫ minimaꝝ: ſed tm̄ ſenſibilium: ⁊ ſic qd̓ ē miſtio: opꝫ aliquā non ē miſtio apud alium acutioꝛē in viſu.

Contingit itaqꝫ nō ex quacunqꝫ parte carnis generari ignē ⁊ aquā: queadmodū ſi ex cera generatur vtiqꝫ ex hac quidē parte ſpera: pyramida aūt ex aliqua alia: ſed cōtingebat ex alterutro alterutrū generari. hec quidē igitur hoc generantur modo ex carne ex quolibet ābo: eis autē qui illo modo dicūt non cōtingūt ſed vt ex piete lapis ⁊ lateres alterutꝝ ex alio loco ⁊ parte.

46 Scd̓m aūt qm̄ cōtingit eis ꝙ nō ex qualibꝫ pte carnis generenẗ aqua ⁊ ignis ⁊ alia ſicut ē ſenſibile in eis. nō enīꝫ ex qualibet pte pietis exeunt lateres aut lapides: ſed lateres ex hoc loco exeūt: ⁊ lapides ex illo. ſi ergo ea que generanẗ generenẗ ſꝫm cōpoſitionē: cōtingit ꝙ aut nō ex q̄libet parte partium carnis generanẗ terra ⁊ aqua aut generantur: ⁊ tunc cōtingit ꝙ coꝛpus penetrat coꝛpus. ⁊ ſi diſſolutio cōpoſitionis in elemēta eſſet ſꝫm hunc modū: ⁊ nō eſſet ex neceſſitate generationis alteratio: neqꝫ eſſꝫ vniuerſaliter de capitulo q̄litatis: ſed ſicut dicit magiſter ex q̄libꝫ pte carnis poteſt aqua generari: ſicut poſſunt generari ignis ⁊ alia: ſicut poſſibile ē in parte terre recipi figurā pyramidalē ⁊ rotundā ⁊ rectoꝛū laterum: q̄uis hoc ſꝫm receptionē ſit: ⁊ illud ſꝫm diſſolutionē.

Similiter aūt ⁊ facientibus vnā eoꝝ materiā habet aliā queſtionē: quō erit aliqd ex ābobus V.g. ex calido ⁊ frigido: aut ex igne ⁊ aqua. Si enī eſt caro ex ambobus: ⁊ neutrū eoꝝ: neqꝫ rurſus cōpoſitio ſaluatoꝛū: quid relinquiẗ niſi materiam eē quod ex illis: alterius enī coꝛruptio: aut alterum facit: aut materiā. Quapꝛopter ⁊ quoniā ē ⁊ magis ⁊ minus calidū ⁊ frigidum: qm̄ q̄dem eſt ſimpliciẗ alteꝝ actu: potētia alterum erit quādo aūt non omnino. Sed vt quidē ens calidum ⁊ frigidū: vt autē frigidū calidū: quia q̄ miſcentur coꝛrūpunt intētiones ad iuicē: tunc neqꝫ materia erit: neqꝫ illoꝝ cōtrarioꝛum actu ſimpliciter: ſed mediū. Scd̓ꝫ id vero ꝙ ē potentia magis calidum: aut frigidum: vel cōtrarie alterutrū ſꝫm hanc rationē ⁊ ratione dupliciẗ calidum potentia q̄ꝫ frigidū: vel tripliciẗ: vel ſꝫm aliū talē modū erūt vtiqꝫ miſta alia ex ꝯrijs elemētis: aut ex elemētis ⁊ alia elemēta ex illis potētia q̄liẗ entib⁹ non ita vero vt materia: ſed ſꝫm pᵉdictum moduꝫ ⁊ erit ita quod miſtio: illo vero modo materia ſꝫ ꝙ generatur. Quoniā aūt patiunẗ cōtraria ſꝫm ī pꝛimis determinationem. eſt enī actu calidū potentia frigidum: ⁊ actu frigidum potentia calidū quapꝛopter ſi non coequanẗ trāſmutanẗ inuiceꝫ ſimiliẗ aūt ⁊ ī alijs cōtrarijs: ⁊ pꝛimo ita elemēta tranſmutanẗ: ex his enī fieri carnes ⁊ oſſa ⁊ que talia. calido quideꝫ generato frigido: frigido aūt calido: quādo ad mediuꝫ veniunt: hanc enī neutruꝫ: medium enī multa ⁊ non īdiuiſibile. Similiter autem ⁊ ſiccum ⁊ humidum ⁊ alia talia ſꝫm medietatē faciunt carnem ⁊ os ⁊ alia.

47 Dicentes autē ꝙ elementa trāſmutanẗ ad iuicē habēt maioꝛē queſtionē: vt videtur. pmo qm̄ nō poſſunt aliquo modo dicere quō generenẗ cōpoſita ex eis. Illi aūt quia ponunt generationē iſtoꝛū elementoꝝ ad inuicē eē ꝓpter materiā cōmunē habitā: difficile ē eis dicere qualiẗ generenẗ caro ⁊ os: qm̄ hec caro ē ex eis omnib⁹ inſimul: aut ex pluribus vno. V.g. aqua ⁊ igne: aut aqua ⁊ ignis erūt in carne in actu: ⁊ tunc erit cōpoſitio ſicut dicebat ſecta pꝛime ſnīe: aut fit p coꝛruptionē vtriuſqꝫ illoꝝ in alteꝝ ⁊ tūc erit caro aut aq̄ aut ignis: aut fit p coꝛruptioneꝫ vtriuſqꝫ iſtoꝝ: ⁊ tunc erit illud quod ꝓuenit ex eis nō niſi res communis ābobus. ſ. materia pma que ē in potentia: quod ē impoſſibile. ⁊ hec queſtio non cōuenit dicētibus coꝛpa cōpoſita ex elementis fieri ſꝫm tranſmutationem: niſi ſi due pꝛime differentie elementoꝛū vt caloꝛ ⁊ frigus nō recipiāt magis ⁊ minus: quoniam ſi ita eſſet opoꝛteret nō puenire ab alia trāſmutatione eoꝛū: niſi aut vnuꝫ eoꝝ: aut mā

ſi eſſet poſſibile eē abſtrahi. qū autē dicimus ꝙ calidū ⁊
frigidum ſūt ſimpliciter: ⁊ ſunt ſm magis ⁊ minus: dice-
mus ꝙ illud qḋ fit nō eſt frigidum ſimplicit̄ neq; calidum
ſimplicit̄: neq; calidum aliquod: vel frigidū in potētia: ſ;
dicim⁹ ipſū eſſe elementū ⁊ frigidum inſimul: ſ; ꝙ dicim⁹
hoc de medijs. ſ. calidū reſpectu calidi ſimplicit̄ qḋ ē eſt in
fine: ⁊ frigidum reſpectu frigidi in fine. Quō autē hoc fit
hoc ē ſm modū miſtionis. miſtio eni nō ē generatio ſim-
pliciter: neq; alteratio: ⁊ ſm hoc neq; ē tranſmutatio alte
rius cōtrarioꝝ in alterum: neq; trāſmutatio eoꝝ in ma-
teria: ſed cōpoſita ſunt ab elemētis ſm miſtionē: ⁊ elemē
ta a cōpoſitis ſm diſſolutionē: ⁊ in potētia ſunt illa: ſ; nō
ē itelligere p potentiā in hoc loco primā materiā: q; cō-
poſita que ſūt potētia aqua ignis terra ⁊ aer vt caro ⁊ os
ſint in actu: neq; etiā ſunt in potētia i elementis ſicut ptes
in cōtinuo que ſunt in potentia ptes quouſq; diuidant ⁊
⁊ fiant ptes in actu. differūt eni quia iſte ſūt ptes in quāti
tate: ⁊ ille ſunt partes in q̄litate. modus aūt ſm quē ē mi
ſtio dictus ē ſuperius: ⁊ que ſūt miſcibilia: ⁊ ꝙ miſtio cō-
trarioꝝ fit qn̄ alterū nō dominat̄ ſup alterū: neq; habēt
equalē potentiam. ſi eni potentia alterius fuerit ſimplicit̄
dominās: corruptio erit domināti ⁊ generatio dominātis
⁊ ſi equales fuerint potētie: tūc nō fiet altera forma: ſicut
declaratū eſt in quarto methe. ⁊ qum potētia alterius nō
fuerit dominās ſimplicit̄: ſ; dominās domin ri generabit̄
ex eis aliqḋ medium: ſed nī declinat ad ptem dominātis:
⁊ ideo hoc medium cū eo quod ē declinās ad alterū duo
rum extremoꝝ h; aliquā latitudinē recipiētē magis ⁊ mi
nus: ⁊ ex hoc apparebit etiā īpoſſibile eē aliquā cōplexio
nē tpatam eſſe quā poſuit. G. ſ. tēperantiā que ē ſm extre
ma que ſunt in fine: non tēperantiā que ē ſm extrema cō
plexionis ſpeciei in qua cōſiderat medicina.

Omnia eni; miſta corpora quecunq; circa
locum medium ſūt ex omnib⁹ cōpoſita ſunt ſim-
plicib⁹. terra qdē; ineſt oībus: quia vnūquodq;
eſt maxime ⁊ multū in ꝓprio loco. aqua aūt qa
oportet terminari quodcūq; cōpoſitū: ſola autē
eſt ſimpliciū bene terminabile aqua. ampli⁹ autē
⁊ terra ſine humido non poteſt cōmorari. Sed
hoc ē quod cōtinet: ſi eni auferat̄ oīo ex ipſa hu-
midū: decidit vniq;: terra quidē igit̄ ⁊ aqua ꝓpt̄
has inſūt cauſas. Aer aūt ⁊ ignis quoniā cōtra-
ria ſunt terre ⁊ aque: terra quidem aeri: igni vero
aqua cōtraria ē: vt contingit ſubſtantiā ſubſtā tie
cōtrariam eē. quoniā igit̄ generationes ex cōtra-
rijs ſunt: inſunt: altera aūt extrema cōtrarioꝝ. ne
ceſſe ⁊ altera ineſſe: quapropt̄ in omni cōpoſito
omnia ſimplicia erunt.

48 Dixit: ⁊ qum oīa corpora generata ab elemētis ſūt in
loco medio qui ē locus terre: nec ē vt terra ſit pars illarū
que eni naturalit̄ ſunt in aliquo loco neceſſario: aut ſunt
illud corpus exiſtēs in illo loco: aut aliqd ſup quod domi
nat̄ ipſū: quapropt̄ exiſtentia in medio: aut ſunt terra: aut
terreſtria. quia autē terra ꝓpt̄ ſuā ſiccitatē nō pōt recipere
figurā niſi terminet̄ ab alio: ⁊ in aqua ē hoc poſſibile: q̄-
propt̄ neceſſe ē etiā vt aqua ſit pars generatoꝝ. ⁊ rurſum
quia generatio ē per miſtionē: miſtio aūt fit p humiditatē
neceſſe ē vt aqua ſit pars generatorum ſm miſtionē. ⁊ qū
in oīb⁹ cōpoſitis exiſtāt illa duo elemēta: oportet vt duo
alia exiſtant etiā contraria his. ſ. ignis ⁊ aer: niſi illa ſint in
cōpoſitis ſm diſpoſitionē diminutā. V. g. quia ſi in cōpoſi
to nō eſſet calidū: nō eſſet in eo frigidum niſi in fine: qua-
propt̄ neceſſe ē vt aqua ⁊ ignis ſint in cōpoſitis nō ſm pri
mas q̄litates. q̄tuor g̊ elemēta exiſtūt neceſſario ī oī cōpoſito

Teſtificari aūt videtur ⁊ nutrimentū vniuſ-
cuiuſq;: oīa quidē eni nutriunt̄ eiſdē ex quib⁹ ſūt
omnia eni ex miſtis nutriūt̄. etenī quecūq; vidēt̄
vno ſolo nutriri vt aqua plante: multis nutriun-
tur. miſta eſt eni aque terra: ideo ruſtici tentāt mi
ſcentes irrigare. Quoniā aūt ē nutrimentū qdē;
materie: quod nutritur aūt coniunctū ē materie
forma ⁊ ſpecies: rationabile iam ſolū ſimpliciū
corporū nutriri ignē omniū ex inuicē generato-
rum: quēadmodum ⁊ priores dicunt. ſolus eni;
⁊ maxime ē ſpeciei ignis quia innatus ē ferri ad
terminū. vnūquodq; aūt inatum ē ferri in ſui ip
ſius regionē. forma eni ⁊ ſpecies in terminis om
niū: quoniā quidē igitur oīa corpora ex oīb⁹ cō-
ſtituta ſunt ſimplicib⁹ dictū eſt.

49 Et quod ſignificat hoc ē cibus ex quo nutriunt̄ plāte
viſum ē eni ꝙ plante nutriunt̄ aqua ⁊ terra: quapropt̄ cul
tores admiſcent ea apud ſeminationē: ⁊ cū eis ſūt aqua ⁊
terra: ergo ⁊ duo alia elementa: ⁊ cum alia nutriunt̄ plā
tis: ergo ī eis etiā exiſtūt elemēta: ⁊ manifeſtū ē ꝙ illud nu
tricū non nutrit̄ niſi per calorē agentē exiſtentē in materia
aducniēte. calor eni eſt ex cibo veniēte qḋ ē forma ⁊ mate
ria: ⁊ hoc inuenitur in igne int̄ oīa elementa: ꝙuis qḋlib;
illoꝝ alteret̄ in aliud cōtrariū. ſ. ꝙ ꝓportio eius ad elemē-
ta ē ſicut ꝓportio formarū ad materiā. qū ignis cōtineat
oīa elementa vt dictū ē in libro celi ⁊ mūdi. eſt eni cōtinēs
hoc qḋ mouet̄ ad locū cōtinentē. ſ. cōcauū orbis lune: con
cauū eni eſt. q. forma qm̄ ē illud ad qḋ puenit mot⁹: ⁊ hec
ē diſpoſitio forme: determinatū eſt ex hoc ꝙ oīa corpora
ſunt cōpoſita ab oībus iſtis quatuor corporibus vocatis
elementa quatuor.

Quia vero ſunt quedā generabilia ⁊ corru
ptibilia: ⁊ generatio cōtingit eis q̄ ſunt circa me
dium locū: dicendū de omni generatiōe ſimpli
citer quot: ⁊ que eoꝝ ꝓncipia: facilius eni ſic ſin
gularia inſpiciem⁹ qn̄ de vniuerſalib⁹ accipiemus
prius. Sunt eni ⁊ numero equalia: ⁊ genere ea-
dē; principia que in ſempiternis ⁊ in p̄mis: hoc
quidē eni eſt vt materia: hoc aūt vt forma. opor
tet aūt ⁊ adhuc tertiū exiſtere: non eni ſufficiētia
ad generandū duo: quēadmodū neq; in primis
Ut materia quidem in generabilib⁹ qḋ poſſibi
le eſt eē ⁊ non eſſe cauſa: hec quidē eni ex neceſſi
tate ſunt vt eterna: horū autē hoc quidē impoſſi
bile non eē: hoc autē īpoſſibile eſſe: qḋ nō cōtin
git circa neceſſarium aliter ſe habere. quedā; ve
ro poſſibile eſſe ⁊ non eē qḋ ē generabile ⁊ cor
ruptibile: qn̄q; quidē eni hoc eſt: qn̄q; autē non
eſt hoc: quapropt̄ neceſſariū generationē ⁊ cor
ruptionē circa poſſibile eē ⁊ non eſſe Ideoq; vt
materia quidē hec cauſa eſt generabilib⁹: vt autē
cuius gratia forma ⁊ ſpecies: hec autem eſt ratio
vniuſcuiuſq; ſubſtantie.

50 Dixit Ariſ. ⁊ quia ſub orbe lune ſūt generabilia ⁊ cor
ruptibilia: declarādū ē quot ſūt ꝓncipia vniuerſalia oīū
generatoꝝ ⁊ corruptoꝝ: ⁊ que: qm̄ hoc ſcito facilius pote
rimus ſcire cauſas pticulariū ab vniuerſalib⁹ qū ꝯcurſus
ab vniuerſalib⁹ ad pticularia ſit maior via cognitionis in
natura. ꝓncipia ergo corporū generabiliū ⁊ non generabi
liū ſunt eadē numero ꝗuis dicant̄ ſm prius ⁊ poſterius: ⁊
vniuerſaliter ſunt tria. ſ. materia forma ⁊ agens. hec autē
duo nō ſufficiunt in rebus generabilib⁹ ⁊ corruptibilibus
niſi ſit cauſa agens ⁊ mouēs: ſicut nō ſufficiūt in corpori-
bus eternis. cauſa aūt que ē. q. materia in corporib⁹ gene
nerabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ eſt illud ī quo ē ꝯtingētia: ⁊ ea
in qbus ē cōtingentia ſūt generabilia ⁊ corruptibilia. Res
eni tribus modis īueniūt̄: quedā eni ſunt ſp̄: ⁊ qdā nunq̄
q̄dā in aliq̄ tp̄e ſūt in aliquo nō: ⁊ iſte tertius mod⁹ ē alius

a duobus primis: quod enī ſemp inuenitur ipoſſibile ē vt in aliqua hora pueniatur: ⁊ qđ ſemp ē priuatū ipoſſibile eſt vt in aliq̄ hora īueniat: ⁊ quū gn̄abilia ⁊ corruptibilia ſint huiuſmōi: ḡ vna cā gn̄abiliū rerū ⁊ corruptibiliū ē illđ qđ recipit cōtingentia. ſ. cauſa materialis. vna igit̄ cauſaꝝ iſtarū rerum eſt cauſa materialis neceſſario: cauſa autē q̄ eſt quaſi forma. i. que eſt finis in generatione eſt ponenda poſt ipſam cauſam.

Oportet aūt adeſſe ⁊ tertiū: qđ omnes q̄dē ſomniāt: dicit aūt nullus. Sꝫ hi quidē ſufficiēter exiſtimauerūt cauſā eſſe ad generari ſpecierū naturam quēadmodū ī phedrone ſocrates. etenīꝫ ille increpans alijs vt nihil dicentib⁹ ſupponit: quoniā ſunt entium: hec quidē ſpecies: hec autē participalia ſpecierū. ⁊ qm̄ eſſe q̄dē vnūquodqꝫ dicitur ſcḋm ſpeciē: generari aūt ſcḋm ſuſceptionē: ⁊ corrūpi ſcḋm eiectionē: quapropter ſi hec vera ſūt ſpecies exiſtimāt ex neceſſitate cauſas eſſe generationis ⁊ corruptiōis: hi enī ipſam materiā: ab hac enī motum. Neutri aūt dicunt bene: ſiquidē enī ſunt cauſe ſpecies: quare nō ſemper generēt continue: ſed quādoqꝫ quidē: q̄nqꝫ nō entibus ⁊ ſpeciebus ſemper ⁊ pticipalib⁹. Amplius aūt in quibuſdā videm⁹ aliā cauſā entē: ſanitatē enī medicus facit: ⁊ doctrinā doctor: ente ⁊ ſanitate ipſa ⁊ doctrina: ⁊ pticipalib⁹. Similiter aūt in alijs ſcḋm potentiam operātis.

51 Simılit̄ etiā cōiungēda ē eis cā agēs ī q̄ differūt antiq̄ quidā enī eorū fuerunt cōtēti cauſa formali: dicēdo ꝙ res habēt formas ⁊ eēntias abſtractas: ⁊ eē iſtarū rerum ſenſibiliū ē ex materia cōpoſita: ⁊ iſta forma q̄ eſt agēs ⁊ abſtrahēs ē que mouet formas iſtaꝝ reruꝫ ſenſibiliū ī materijs: vt dixit Plato. Quidā aūt fūt ꝯtenti cā materiali tm̄ ſ. calido ⁊ frigido ⁊ humido ⁊ ſicco: dicētes ꝙ forme iſtaꝝ rerū ſunt ex admiſtione iſtoꝝ tm̄ non ex agente extrinſeco: ⁊ dicunt ꝙ generatio non ē niſi trāſmutatio: ⁊ trāſmutatio nō ē niſi materie. ⁊ Ari. redarguit vtrūqꝫ quū dicit ꝙ facientes cām materialē melius cōſiderāt quū dant pncipia trāſmutationis inquātū trāſmutatiōis ē pncipiū. Aliꝗ aūt dant pncipiū non cōueniēs trāſmutationi. forma enī quꝫ inuenit̄ deſcit tranſmutatio: quō ergo poterit eſſe cā trāſmutatiōis: ⁊ cōtradicit dicētibus formas eē cauſas agentes ppinquas: qm̄ ſi eſſet ſicut illi inquiūt ita ꝙ nō oporteret ponere cām tertiā: cōtingeret vt generatio eſſet cōtinua ⁊ perpetua. forma enī ſi ſemp ē: ⁊ recipiēs ſemp ē: q̄re ergo fiet in aliqua hora: ⁊ in alia nō. Quapropꝑ neceſſe ē ſi forme agentes ſint: vt ſit cauſa agens prior eis nāliter: ⁊ etiā videmus res in q̄bus agēs ē aliud a recipiēte ⁊ aliud a forma. V. g. ſanitas que ē a medicina ī humano corpore ē aliud a recipiēte. ⁊ Ari. reſiſtit Platoni: q̄ꝛ forma nō eſt cauſa agēs ſimplicit̄: ſꝫ quia ſūt cauſe ppinque ⁊ eēntiales ponit enī Ari. formas agētes: q̄uis eſſe earū apud ipſū ſit aliud ab eſſe earū apud Platonē. Differt quidē a Platone ī modo eēndi formas ⁊ ī modo actiōis eaꝝ tm̄: non in eſſe eaꝝ ſimplicit̄: neqꝫ in actione eaꝝ ſimplicit̄.

Si autem materiā q̄s inquiet generare ppt̄ motū naturalius vtiqꝫ dicet ita dicētib⁹. alterās enī ⁊ transformās magis cauſa generatiōis ⁊ in oībus aſſueti ſumus hoc dicere efficiēs. Similit̄ ⁊ in his que natura: ⁊ in his que ab arte: ab arte autem q̄dcunqꝫ mutans eſt. Sed tm̄ nec hi iuſte dicunt. materie enī pati ⁊ moueri: mouere autē ⁊ facere alterius potentie. manifeſtū aūt ⁊ in his q̄ arte ⁊ natura generant̄: nō enī ipſa facit aqua ex ſeipſa aīal: neqꝫ lignū lectum: ſed ars: quocirca ⁊ hi dicunt nō recte ppter hoc: ⁊ qm̄ derelinquūt pncipaliorē cām: auferūt enī qđ eſt eē ⁊ formam

52 Quia aūt cōtenti ſūt tm̄ materia q̄uis cōtēplatio eoꝝ ſit cōuenientior: tm̄ peccant multū. Faciūt enī hāc receptionē ⁊ paſſionē eandē cū pncipio actionis ⁊ motiōis. ⁊ manifeſtū eſt ꝙ ipſe cōtradicit duob⁹ principijs per ea q̄ ſūt in arte ⁊ nā. ⁊ etiā qum deſtruūt cauſā agentē deſtruunt cauſā formalē. forma enī ſi fieret ab aliquo modo paſſionis accidētis materie eſſet raro facta ⁊ accidētaliter.

Amplius aūt ⁊ potētias attribuūt corpori ppter quas generāt valde organice: auferētes cā que ſcḋm ſpeciē cauſā: qm̄ enī innatū ē vt inquiunt calidū quidē ſegregare: frigidū aūt cōgregare: ⁊ aliorū vnūquodqꝫ: hoc quidē facere: hoc autēꝫ pati ex his dicunt: ⁊ per hec oīa alia generari ⁊ corrūpi. Videtur aūt ⁊ ignis ipſe motus pati.

53 Et vniuerſalit̄ ſi faciūt pncipium agēs non faciunt niſi agens in genere inſtrumēti: non agēs veꝝ qum deſtruunt pmū agens ab entib⁹. Dicūt enī ꝙ calidum naturalit̄ ſeparat ⁊ diſtinguit: frigidū aūt cōgregat ⁊ admiſcet: ⁊ ſimilit̄ oīa alia ſenſibilia nāliter agunt ⁊ patiunt̄: ⁊ ſufficit ī generatione rerū ⁊ in corruptiōe earū actio ⁊ paſſio earū ad īuicem. Sꝫ q̄ꝛ videmus in quibuſdā ꝙ magis ſūt agentia q̄ꝫ alia elementa: digniora ſūt vt corrumpāt res q̄ꝫ generēt q̄propter neceſſe ē ſi generēt res vt habeāt agens qđ faciat ea per tēperamentū ⁊ alterationē apta vt aliquid fiat.

Amplius vero ſimile aliquid faciūt vt ſi q̄s ſerre ⁊ vnicuiqꝫ īſtrumētoꝝ attribuit cauſā eorū que generant̄: neceſſe enī ſerrante diuidi ⁊ īcidente cocquari ⁊ in alijs ſimiliter: quocirca ſiquidēꝫ maxime facit ⁊ mouet ignis: ſed quō mouet non vident qm̄ deterius q̄ꝫ organa. Nobis aūt ⁊ vniuerſaliter pͥus dictū eſt de cauſis ⁊ nunc determinatū eſt de materia ⁊ forma. Amplius vero qm̄ ſcḋm allationē motus demonſtratū ē ⁊ quoniam ppetua: neceſſe ē his entib⁹ ⁊ generationē eſſe cōtinue: allatio enī faciet generationē actualiter q̄ꝛ adducit ⁊ abducit generās. Simul autē manifeſtū qm̄ ⁊ ſi priora bene dicta ſunt: trāſmutationē primā allationē: ſed non generationē dicendum multū enī rationabilius ens nō enti generatiōis cauſā eſſe: q̄ꝫ non ens enti eſſe. quod fert̄ quidem igitur eſt: qđ generatur aūt non ē: ppter qđ ⁊ allatio prior eſt generatione.

54 Quia ergo attribuit generatōēꝫ igni: aut alicui aliꝗ elementorū ē ſicut attribueret generationē dolobratōi ſecuri: īmo non ꝑcipiebant iſtud ꝙ motio ignis eſt vilior motione inſtrumēti. inſtrumentū enī nō mouet ſine artifice: ⁊ qum mouebit cū artifice mouebit ad generationē ignis aut qum nō mouebit per primū mouens mouebit ad corruptionē. Declaratum ī naturalibus ꝙ motus localis eſt continuuſ ⁊ eternus: q̄propter ⁊ generatio ē ꝯtinua ⁊ eterna: quoniā motus generat faciendo approꝑinq̄ri generantē generando: ⁊ hoc rectū eſt inquantū iſte motus ē pm⁹ oībus trāſmutabilibus: vt oſtenſum ē. ⁊ etiāꝫ apparet ꝙ illud quod mouetur iſto motu ē ens: ⁊ illud quod generatur per ipſum ē nō ens: ⁊ quod ē ens maxime ē cauſa non entis: ⁊ quod ē ens ſemper dignius ē vt ſit cauſa non entis ſemper: quapropter viſum ē ꝙ iſte motus ē prius motibuſ naturalibus alijs.

Qm̄ autem ſuppoſitū ⁊ demonſtratū eſt ꝙ eſt continua ens rebus generatio ⁊ corruptio. dicimus autem cauſam eē allationē generationis. manifeſtum quidē ꝙ vna ente allatione non cōtingit fieri ambo: quia contraria ſunt. idē enim ⁊ ſimiliter ſe habens ſemper idem īnatū ē facere: quocirca generatio ſemper erit aut corruptio

oportet aūt multos eſſe motus: ⁊ cōtrarios motus: aut allatione: aut inequalitate: cōtrarioꝝ enī contraria cauſa. Jdeoqꝫ nō prima allatio cauſa generatiōis ē ⁊ corruptiōis: ſed q̄ circa obliquū circulū. in hac enī ⁊ cōtinuū ineſt ⁊ moueri duos motus. neceſſe enī ſi erit ſemper ⁊ cōtinua generatio ⁊ corruptio ſēper aliquid moueri vt non deficiant trāſmutatiōes he. duo aūt vt nō alterū cōtingat ſolum. cōtinuitatis quidē igitur totius allatio cauſa: preſentie cauſa īclinatio: contingit enī quādoqꝫ longe fieri: q̄nqꝫ ppe. inequali enīꝫ diſtantia ente: inequalis erit motus: quocirca ſi ī accedendo ⁊ in prope eſſe generat: ⁊ in recedendo ⁊ longe fieri idipſum corrumpit. ⁊ ſi ī multotiens adueniendo generat: ī multotiens recedēdo corrumpit: contrariorum enim ꝯtraria ē cā.

55 Sed quia oſtenſū ē ꝙ entia ſemꝑ ſūt in generatione ⁊ corruptione: ⁊ ꝙ generatio corporis iſtius ē corruptio alterius: manifeſtū ē ꝙ ponendo vnū motū īpoſſibile ē iſtas duas oꝑationes. ſ. generationē ⁊ corruptionem eſſe ideꝫ Jdē enī non facit cōtraria: quapropter aut ſemꝑ erit generatio: aut ſemꝑ corruptio: aut ſi ſit vnus motus erit ſm̄ diſpoſitiōes oēs ꝯtrarias ita ꝙ appropinquādo operatur aliquid: aut ſm̄ eius remotionē oꝑat̄ cōtrariū: ſed quia ē īpoſſibile motū eſſe ꝯtrariū motui: ita ꝙ aliq̄s motus ꝑ ſe generet̄: vt dictū ē in libro de celo ⁊ mundo. aliq̄s autē corrūpitur vt fingunt aſtronomi: manifeſtū ē ſi generatio ⁊ corruptio ſint cōtinue vt ſint motus ſm̄ diſpoſitiōes cōtrarias ī reſpectu generatorū ⁊ corruptoꝝ. iſte ergo mot⁹ nō ē prim⁹: ſed motus ſolū in orbe decliui. Jſte enī orbis ſicut dicit Ariſ. hꝫ cōtinue motus duos. ſ. ꝓpinquū ⁊ remotū ne ꝓcedat ex eo vna oꝑatio. cauſa ergo cōtinuitatis prime generatiōis ⁊ corruptiōis eſt ꝑmus motus. cā autē generatiōis ⁊ corruptiōis ē ꝙ mouētur ſtelle ⁊ planete in orbe iſto q̄ī habeāt diſpoſitiōes diuerſas entib⁹: q̄m aliquādo appropinquāt aliquādo remouent̄: quare ē coruꝫ diuerſa oꝑatio. oportet ergo ꝙ ſi ꝑ elongationē corrūpit: ꝙ per appropinquationē generationē faciat: qꝛ cōtrarioꝝ contrarie cauſe.

Et inequali tp̄e generatio ⁊ corruptio q̄ ſm̄ naturā. Jdeoqꝫ ⁊ tp̄s ⁊ vita vniuſcuiuſqꝫ hꝫ numerum ⁊ hec determinātur. omniū enī ē ordo: ⁊ omne tp̄s ⁊ vita menſuratur ꝑiodo: ſed tm̄ non eadē oēs: ſed hi quidē minori: hi aūt maiori: his ānuo quidē enī: his aūt maior: alijs autē minor ꝑiodus eſt menſura.

56 Quapropꝑ oportet vt numerus reuolutionū in quib⁹ ē preparatio ad corrūpēdū ſit eq̄lis numero reuolutionuꝫ in quib⁹ eſt crementū. ⁊ q̄ tēpus iuuentutis ſit equali tēpori ſenectutis: ⁊ iſta duo tp̄a determinant̄ ꝑ reuolutiōes orbiū decliuis: oportet ſicut dicit Ariſ. ꝙ qōlibet ens habeat vitā determinatā: ex eo qȯ mouetur circulariter. horū quidē hoc hꝫ ī uita paucas reuolutiōes: hoc aūt multas: hoc aūt vnam: hoc autē ſm̄ magis ⁊ minus: ⁊ hoc quod Ariſ. dicit de orbe ſolis debet intelligi de alijs planetis.

Apparent aūt ⁊ ſm̄ ſenſum cōfeſſa his que a nobis dicta ſunt. videmus enī ꝙ adueniēte quidem ſole generatio ē: recedente aūt diminutio: ⁊ inequali tēpore alterutrū: equale enī tp̄s generationis ⁊ corruptionis que ſm̄ naturā: ſed ꝯtingit multotiens in minori corrūpi ꝓpter ad inuiceꝫ cōfuſionē. inequali enī ente materia ⁊ non vbiqꝫ eadē: neceſſe ⁊ generatiōes ineq̄les eſſe: ⁊ has quideꝫ citiores: has aūt tardiores: quocirca accidit ꝓpter horū generationē alijs generari corruptionem. Semper vero vt dictū eſt ꝯtinua erit generatio ⁊ corruptio ⁊ nunq̄ꝫ deficiet ꝓpter quā diximus cauſam.

57 Senſus quidē cōueniēs videtur demonſtratiōi. ſol. n. quādo appropinquat nobis in ſuo orbe generat: ⁊ q̄ī elōgauerit corrūpit. ⁊ hoc qȯ dixim⁹ ꝙ tp̄s generatiōis ē eq̄le tp̄i corruptionis non ē niſi nālit̄: q̄m multotiens accidit accidentalit̄ ꝙ ſit minus tp̄s corruptiōis tempore crementi vel ſenectutis: aut ꝓpꝑ nām cōplexionū: q̄m cōplexiones ſm̄ magis ⁊ minus ſunt ī eadē ſpecie: quare diuerſant̄ tp̄a generatiōis ⁊ corruptiōis in eis. ſ. ī īdiuiduis eiuſdē ſpeciei aut ꝓpter diuerſitatē diſpoſitionū cauſe agētis ꝓpinque: aut ꝓpter diuerſitatē cauſe agētis in vltimo: vt diuerſitas oꝑatiōis ſolū ꝓpꝑ cōgregationē ⁊ ſegregationē planetarū cū eo: aut ꝓpꝑ vtrūqꝫ: vt diuerſitas nāe patris a nā ſolis ī hora generatiōis actionis. ⁊ debes ſcire ꝙ q̄ī poſuerimus hoc quod dixit Ariſ. ꝙ tp̄s crementi ē equale tēpori ſenectutis: ꝓponemus hoc qȯ medici dicunt ꝙ tp̄s iuuētutis ſit in homine vſqꝫ ad. xxxv. ānos: ⁊ ꝓpꝑ hoc vita nālis in lxx. annis fit: ⁊ ꝓpter hoc dixit magiſter ꝙ vita eſt media in. lxx. ⁊ lx. annis.

Hoc aūt rationabilit̄ cōtingit. Quoniā enīꝫ in oībus inquim⁹ ꝙ melius deſiderare naturam ſemper meli⁹ aūt eſſe q̄ꝫ nō eſſe: quot eē aūt modis dicimus in alijs dictū ē. hoc aūt in oib⁹ impoſſibile exiſtere ꝓpter longe a ꝑncipio diſtare: reliquo modo cōpleuit eſſe deus faciēs cōtinuā generationē: ita enī maxime ꝯtinuabitur eē: qꝛ ꝓxime eſt ſubſtātie fieri ſemper per generationē. huius aūt cauſa vt dictū ē multotiens ī circuitu allatio: ſola enī ꝯtinua: ideo ⁊ alia q̄cunqꝫ trāſmutantur ad inuicē ſm̄ paſſiones ⁊ potētias. V.g. ſimplicia corpora imitantur ī circuitu allationeꝫ. q̄ī enīꝫ ex aqua aer generatur: ⁊ ex aere ignis: ⁊ rurſus ex igne aqua ī circuitu. dicim⁹ enī circuire gnātioneꝫ qꝛ rurſus reuertitur: quocirca ⁊ recta allatio aſſequēs cā que in circuitu cōtinua ē.

58 Et hoc qȯ diximus ꝙ generatio ⁊ corruptio ſūt continue non tm̄ ſequit̄ ex cauſa materiali ⁊ agēte: ſed etiaꝫ ex cauſa finali: quia iā viſum ē nobis ꝙ natura ſemꝑ mouetur ad nobilius ſꝫ ꝙ pōt in vnoquoqꝫ: ⁊ ſm̄ ꝙ pōt recipere vnūquodqꝫ: ⁊ qꝛ ens ē melius q̄ꝫ non ens: ⁊ ens verū q̄ꝫ non verum: ⁊ verum ſm̄ indiuiduum q̄ꝫ ſm̄ ſpecieꝫ: quōuis impoſſibile eſt aliquod ens eſt iſtis rebus eſſe ſimpliciter nobile propter remotionem a prima cauſa habens cēntiā ⁊ nobilitatē: ⁊ deus cōpleuit diminutionem in iſtis cōtingentē hoc modo ſm̄ ꝙ generatio facta ē cōtinua: q̄re eſſe pōt perpetuū in iſtis reb⁹. ⁊ cauſa iſtius cōtinuatiōis ē motus circularis: quapropꝑ ⁊ cōtinuatio iſtoꝝ ē circularis. V.g. aer generatur ab aqua: ⁊ aqua ab aere: ⁊ ampli⁹ motus ſm̄ rectitudinē nō hꝫ cōtinuationē niſi ꝑ aſſimilationē ad motū circularem. V.g. aſcenſus aeris ⁊ deſcēſus aque aliquādo debet eſſe.

Simul aūt manifeſtū ex his ꝙ quidā q̄runt quare vnoquoqꝫ corporū in ꝓpriam allato regionē in infinito tēpore nō diſtant corpora: cauſa enī huius ē que ad inuicē tranſitio. ſi enī vnūquodqꝫ maneret in ſua ipſius regiōe ⁊ nō tranſmutaretur ab eo qȯ ꝓprie iam vtiqꝫ deſtitiſſent trāſmutāt̄ quidē igit̄ ꝓpꝑ allationē duplicē entē quia trāſmutant: aut nō cōtingit manere nulluꝫ eoꝝ in nulla regione ordinatū. Quod quidem igitur ē generatio ⁊ corruptio ⁊ ꝓpter quā cauſā ⁊ qd generabile ⁊ corruptibile: manifeſtum ē ex his q̄ dicta ſūt.

56 Dixit: ⁊ ex his quidē diſſoluit̄ queſtio quorūdā: quare nō ſegregāt̄ iſta corꝑa ſimplicia ab inuicē ī iſto longiſſimo

tempoꝛe: ita ꝙ nullā habeāt miſtionē aut cōfuſionē: ⁊ q̄ erunt iſta ꝓpꝛia loca. cā eni miſtionis eoꝝ ⁊ ad inuicē ⁊ miſtionis locoꝝ ad inuicē ē motus circularis: qui ſi nō eēt ob eo ſegregarent: ſed mutant ad inuicē ꝓpter motū ou-plicem oꝛbis oecliuis ⁊ motū none ſpere. Dixit: nos autē oeterminauimus ſuperius cauſā vniuerſalē materialē ⁊ etiā foꝛmalē: ⁊ nos oeterminauimꝰ cauſā tertiam generationis ⁊ coꝛꝛuptiōis ⁊ ē agens.

Quoniā aūt neceſſe ē eſſe aliquid mouēs ſi motus erit vt oictū ē p̄us in alijs: ⁊ ſi ſp ꝙ opoꝛtet aliquid eſſe ſemp: ⁊ ſi continue vnū: ⁊ iddem: ⁊ īmobile: ⁊ inalterabile: ⁊ īgenerabile: ⁊ ſi multi qui in circuitu motus multa quidē. omnia aūt q̄liter eſſe hoc neceſſe ſub vno p̄ncipio: continuo aūt ente tēpoꝛe neceſſe motū eſſe cōtinuū ſi īpoſſibile tp̄s ſine motu eſſe. ꝯtinui igitur alicuiꝰ tēpus numerus: eius q̄dē qui ī circuitu: ergo quēadmodū in his q̄ a p̄ncipio determinatū eſt.

60 Dicamus ergo ⁊ quia oictū eſt in alijs: qm̄ ſi motꝰ eſt neceſſe ē mouēs eſſe: opoꝛtet ꝙ ſi motus ꝯtinuus ē ⁊ ꝑpetuus vt ſit mouens ꝑpetuū: ergo ſi motus ē ꝯtinuus ergo mouēs: ⁊ etiā neceſſe ē ſi motus cōtinuus ē vt mouens ſit imobile ⁊ vniuerſaliter nō trāſmutabile. motus eni continuus equalis ē ⁊ nō interciſus: quapꝛopt mouēs ⁊ motuꝫ ſunt itrāſmutabilia oīo. ⁊ ſi motus circulares ſūt plures vno: neceſſe eſt vt mouens ſit plus vno: ſed huiuſmodi motus ſunt plures vno: ergo ⁊ motus. ⁊ q̄a viſuꝫ ē ꝙ oīa iſta mota aliquo mō mouent eodeꝫ motu ⁊ ex motu oiurnali: neceſſe ē vt oīa iſta mouētia cōtineāt ſub eodem mouēte. ⁊ qū manifeſtū ē oe natura tēpoꝛis ꝙ eſt ꝑpetuū ⁊ continuū: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ ē numerus motus continui neceſſe ē vt ſit vnicus motus cōtinuus: tp̄s igitur ē numerus motus cōtinui: ſed ꝯtinuū ē circulare: igit tp̄s ē numerus motus circularis: ⁊ totū quidē hoc viſū eſt ī alijs: ſed oictū ē in hoc loco ad rememoꝛationē.

Cōtinuus aūt motus vtrū quia qđ mouet cōtinuū eſt: aut in quo mouetur velut locū dico aūt paſſiones: manifeſtū vtiqꝫ quia eo quidē ꝙ id quod mouetur. quō eni paſſio continua ē: niſi quia res cui accidit cōtinua ē. ſi aūt ⁊ hoc eo ꝙ ī quo ſolo loco exiſtit magnitudinē eni aliquā hꝫ huius aūt ꝙ circulo ſolum continuū: quo circa iddē ſibiīpſi ſemper ꝯtinuū. hoc igitur eſt quod facit continuū motum ꝙ in circuitu coꝛpus fert motus aūt tempus.

61 Dixit: ⁊ cōſiderandū ē oe continuatiōe motus: vtrū ſit quia ipſū motū ē cōtinuū aut perpetuū: aut quia illud ꝑ quod mouet aut ī q̄o mouet cōtinuatio accidit. ſ. foꝛme ⁊ locꝰ. ⁊ manifeſtū ē ꝙ ꝯtinuatō nō inuenit p̄mo niſi ī magnitudine: ⁊ q̄a motū hꝫ magnitudinē neceſſe ē vt ꝯtinuatio ſit ex moto. Diſpoſitio eni illius. ſ. foꝛme non ē ꝯtinuatio niſi q꞉ ē ī ꝯtinuo: ſꝫ tn̄ nō ē ꝓhibitū oicē ꝯtinuū ī loco tacꝰ eni ē magnitudo: ⁊ magnitudo ꝯtinua p̄ma in q̄ ē poſſibile eſſe magis ⁊ minꝰ ē pꝛima ſperica: q̄pꝛopt neceſſe ē vt ſit illud quod facit vnum motū ꝯtinuuꝫ coꝛpꝰ qđ circulariter fert: ⁊ ꝙ iſte motus facit tp̄s.

Qm̄ aūt in cōtinue motis ſm̄ generationeꝫ aut alterationē: aut vniuerſaliter tranſmutationē huiuſmodi. videmꝰ deinde ens ⁊ generatū hoc poſt hoc vt non deficiat. videndū ē vtrum ē aliquid quod erit ex neceſſitate aut nihil: ſꝫ omnia contingit non fieri.

62 Dixit: ⁊ quia trāſmutatio rerū tranſmutatarū eſt ſꝫ generationē ⁊ coꝛꝛuptionē: ⁊ vniuerſalit aliquo modo trāſmutationis ē ſucceſſiue: ⁊ nunq̄ oeficit: ſed ſemp cōtingit hoc poſt hoc: ꝑſcrutandū ē modo qualiter poteſt eē ꝑpetuitas in rebus generatis. etenī p̄ncipium cōſiderationis in hoc ē: vtrū ſit aliquod generatū: aut nihil generat neceſſario ſed omne ē contingenter.

Qm̄ eni quidē quedā manifeſtū ⁊ mox erūt ⁊ futurū aliud: ꝓpter hoc ꝙ verū ē dicere q꞉ erit opoꝛtet hoc eſſe: qn̄qꝫ verū q꞉ ē hoc. ꝙ aūt nūc verū dicere quia futurū eſt: nihil ꝓhibet non fieri: futurus eni incedere quis nō incedet.

63 Dicamus ergo ꝙ manifeſtū ē per ſe ꝙ quedā ſūt poſſibilia generari ⁊ non generari: qm̄ ſermo videt in aliquo quod ē poſſibile generari nō eſt alius a ſermone eius qđ nō ē niſi quia quod ē poſſibile ē differēs a neceſſe eſſe: qm̄ illud qđ in futuro neceſſe ē eē: verū erit oe eodē dicere ꝙ neceſſariū eſt eſſe in aliquo tp̄e: vt equalitas noctis ⁊ diei inī duos tropicos. illud aūt qđ non ē verū dicere in eo eē niſi in tēpoꝛe p̄ſenti nō ē poſſibile vt non ſit. V. g. quoniā ſi ābulatio poſſibilis ē in foꝛte: poſſibile ē vt non ābulet.

Uniuerſaliter aūt qm̄ cōtingit quedā entiuꝫ ⁊ non eſſe manifeſtū qm̄ ⁊ que generāt ita habebūt ⁊ non ex neceſſitate hec erūt: vtrū igitur oīa talia: aut non. Sed quedā neceſſe ſimplicit fieri.

64 Et manifeſtū eſt ꝙ quedā entiū nō neceſſario generātur: q̄rendū ē vtruꝫ oīa ſunt ſic: aut ex eis ſūt que neceſſario generantur.

Et eſt: quēadmodū in eſſe hoc q̄dē impoſſibile nō eſſe: hoc aūt poſſibile: ita ⁊ circa generationem. V. g. cōuerſiones igit neceſſe fieri ⁊ non poſſibile non cōtingere.

65 Dicamꝰ ergo ꝙ ſicut in entibꝰ quedā impoſſibilia ſūt priuari ab eſſe vt neceſſario ⁊ quedā entia poſſibilia ſunt priuari ab eſſe: ita ē in rebus generatis ꝙ quedā ſunt poſſibilia vt non generent: ⁊ quedā neceſſario generabuntur vt introitus in tropicos: qm̄ hoc neceſſariū ē cōtingere ⁊ īpoſſibile eſt vt non cōtingat.

Si igit qđ pꝛius neceſſe ē fieri: ſi qđ poſteriꝰ erit. V. g. ſi domus: fundamētū: ſi vero hoc: lutū pꝛius: ergo ſi fundamētū factū ē: neceſſe ⁊ domū fieri: aut non eſſe adhuc. ſi aūt ⁊ id: neceſſe generari ſimpliciter. ſi aūt ⁊ hoc poſito: neceſſe generari domū: ſic eni fuit ꝙ pꝛius habēs ſe ad poſterius: quare ſi illud erit: neceſſe illud pꝛiꝰ generari. Si igit neceſſe generari ⁊ qđ poſtea: ⁊ qđ pꝛius neceſſe. ⁊ ſi qđ pꝛius: ⁊ qđ poſteriꝰ igit ē neceſſe: ſed hoc nō ē ꝓpt iſtud: ſꝫ qm̄ ſubiectuꝫ eſt ex neceſſitate futurū. In quibus igit ꝙ poſtea neceſſe ē eſſe in his cōuertitur: ⁊ ſemper pꝛiori generato neceſſe generari quod poſtea.

66 Et quīm hoc dictū ē querendū ē in hoc ſm̄ quē motū manifeſtū pōt eſſe neceſſaria ſucceſſio in mā poſſibili: qm̄ dūt hoc erit in rebus que ſūt tn̄ finite habētes p̄ncipia ⁊ vltimo: aut q꞉ ſunt īfinite habētes p̄ncipia ⁊ vltima: aut q꞉ ſunt infinite. infinita dūt ſunt duobꝰ modis: aut īfinita ſm̄ circulū: aut īfinita recte. In rebꝰ aūt finitis manifeſtuꝫ ē ꝙ gn̄atio pꝛioꝛis ē neceſſario qn̄ fuerit poſtremū. V. g. ꝙ fūdamentū ē neceſſariū ſi domꝰ ē: ⁊ eē lapidē ſi fundamētū ē. ſi ergo in iſtis cōtingēt ꝙ qn̄ eēt p̄mū: ꝙ accideret poſtremū. ſ. ſi fundamētū ē: domꝰ ē: tūc opoꝛtet vt ſucceſſio eēt neceſſaria ⁊ ꝯtinua ī gn̄atiōe iſtoꝝ: ſed manifeſtū ē ꝙ nō ē neceſſariū ꝙ fundamētū ſit niſi ſi domꝰ ſit. ſi g̊ poſuerimꝰ ꝙ domꝰ ſit neceſſario: opoꝛtet neceſſario ꝙ ſi domꝰ ſit ꝙ fūdamentū ſit: qm̄ poſitū ē ꝙ ſi domꝰ ē fundamētū ē: ſi g̊ poſtremū ē neceſſariū: p̄mū ē neceſſario: ſed manifeſtū ꝙ p̄mū eē non ē neceſſariū: qm̄ ꝯtingens ē: ⁊ ſi ē neceſſario: nō erit niſi ſꝫ hypotheſim: ſi ergo domꝰ qđ ē poſtremū eēt neceſſario: ꝯtingēt vt eēt ſemp: ſꝫ poſſibile ē ut nō ſit: qm̄ diſpoſitio ī eſſe eadē ē cū diſpoſitione in gn̄atione.

Siquidē eni in īfinitum tendit ⁊ ad īferius: non erit neceſſe eorū q̄ poſtea hec generari ſimpliciter: ſed neq̄ʒ ex ſuppoſitiōe: ſemp eni alteruʒ anterius neceſſe eſſe: ideo ⁊ neceſſe illud generari: quocirca ſi non ē p̄ncipium īfinitū: neq̄ʒ p̄muʒ erit: nihil ꝓpt̄ quod neceſſe erit generari. At vero neq̄ʒ in finem habētib' hoc ē dicere vere: qm̄ neceſſe ſimpliciter generari. Verbi grā: domuʒ qn̄ fundamētū generat̄: qn̄ eni generat̄ ſi neceſſe generari ſemp: hoc acciderit ſemp eſſe: ꝯtingens ſemp non eſſe: ſed oportet ſemper generationeʒ eſſe ſi ex neceſſitate ē eius generatio: ex neceſſitate eni ⁊ ſēper ſimul. quod eni ē neceſſe: nō poſſibile non eē: quocirca ſi ē ex neceſſitate ſempiternū eſt: ⁊ ſi ſempiternū ex neceſſitate: ⁊ ſi generatō igitur ex neceſſitate: perpetua ⁊ generatio hu': ⁊ ſi ſempiterna ex neceſſitate. ſi igit̄ alicuius ex neceſſitate generatio ſimpliciter: neceſſe circuire ⁊ reuerti. Neceſſe igitur aut finem habere generationem: aut non. ⁊ ſi non: aut in rectū: aut ī circuitu. horū aūt ſi erit ſempiterna: non in rectū poſſibile: quia nequaq̄ʒ eſt p̄ncipium: neq̄ʒ ſi inferius vt ad futura accipiamus: neq̄ʒ ſi ſuperius vt ad generata: neceſſe aūt p̄ncipiū neq̄ʒ finito ente ⁊ ſempiternū eſſe: iō neceſſe i circuitu eſſe: cōuerti igitur neceſſe erit. V.g. ſi hoc ex neceſſitate ē: qd̄ p̄us ergo: ſʒ ſi hoc quod poſterius neceſſe generari: ⁊ hoc ſēper iam cōtinue. nihil eni differt dicere per duo aut multa: in circuitu igitur motu ⁊ generatione ē quod ex neceſſitate ſimplicit̄. ⁊ ſi ī circuitu neceſſe generari ⁊ generata eſſe. ⁊ ſi neceſſe: horū generatio in circuitu.

67 Et qm̄ impoſſibile ē eſſe cōtinuitatē in habentibus p̄ma ⁊ poſtrema: manifeſtū ē etiam ꝙ hoc impoſſibile ē in rebus p̄cedentibus ſm̄ rectitudine in īfinitum ſm̄ duo extrema: qm̄ hec non habent p̄mū ex quo ſit neceſſariuʒ vt habeant vltimū: neq̄ʒ habēt vltimū ex quo ſit neceſſarium vt habeāt p̄mū: quapropter neceſſitas generatiōis ſucceſſiue non eſt niſi per circulationē ⁊ hoc neceſſariuʒ ē qm̄ generatio ꝑpetua ē neceſſaria. neceſſarium aūt ē eternum: ⁊ eternū mouet̄ circularit̄: ⁊ illa generatio eterna neceſſe eſt vt habeat p̄ncipiū: ⁊ quʒ habeat p̄ncipiū neceſſario: aut hoc erit inq̄ꝑtuʒ hʒ p̄ncipium ſm̄ rectitudinē: aut ſm̄ circulationē. ſed ſi fuerit ſm̄ rectitudinē: neceſſariū eſt aut non eſſe eternū: aut nō habere p̄ncipia: qm̄ rectuʒ qn̄ habet p̄ncipiū in vltimū neceſſario ē finitum ⁊ nō eternū ⁊ ſi poſuerimus ipſū eſſe infinitum in duob' extremis nō habebit p̄ncipiū: qm̄ infinita non habēt p̄ncipiū neq̄ʒ vltimū: quapropt̄ neceſſariū eſt ſi poſuerimus ipſū eſſe eternū ⁊ habere p̄ncipiuʒ: vt ſit circulare ⁊ vt generatio rerū ſit circularis. ⁊ ſi primū eſt: vltimū eſt: ⁊ ſi vltimū eſt p̄mū ē: neceſſariū ergo ⁊ perpetuū non ē niſi ī motu circulari ⁊ in generatione circulari: qm̄ oīa que ſūt in circuitu ſūt neceſſaria ⁊ ecōuerſo: ⁊ ea q̄ neceſſaria ſūt mouēt̄ i circuitu. ⁊ debes ſcire ꝙ hic ſermo cōplec̄ illud qd̄ oſtēſū eſt i. viij. de naturali auditu. ſ. ꝙ motus ē ſucceſſiuus ⁊ nō deficiēs in aliqua hora: nam ſi hoc quod dictū eſt hic cū eo quod dictum ē in illo loco oſtēdit motū eſſe eternū.

Hoc vtiq̄ʒ quidē eſt qm̄ i circuitu motus ⁊ qui celi: qm̄ ex neceſſitate hec generant̄ ⁊ erunt: quecūq̄ʒ huiuſmodi motus: ⁊ quecūq̄ʒ ꝓpt̄ hūc ſi eni quidē quod in circuitu mouet̄ ſemp aliqd mouet: neceſſe ⁊ horum in circuitu eſſe motum. V.g. ſuperiori allatione ente in circuitu: ſol ſic: qm̄ aūt ſit hoc: hore ꝓpter hoc in circuitu generantur ⁊ reiterantur: his autem generatis ita iterum ⁊ que ab his.

68 Et quia dictū eſt in alijs ꝙ motus eternus ⁊ mot' circularis ē motus celi: manifeſtū ē ꝙ motus rerū generatarum ⁊ corruptarū eſt per illos motus ⁊ ex eis: qm̄ ſi illud qd̄ circularit̄ mouet̄ perpetue moueret̄ neceſſe ē vt mot' rerū tranſmutataruʒ ſit mot' circularis. V.g. qm̄ primus motus ē circularis: oportet etiā vt ſol in orbe declivi moueatur etiā circularit̄. ⁊ quia motus ſolis i orbe eſt circularis: oportet vt tp̄a anni currāt circulariter. ⁊ qa illa currūt circulariter in circuitu: oportet vt ⁊ cōſequentia currant circulariter.

Quare ergo hec quidē ita vident̄. V.g. aer ⁊ aqua ī circuitu generant̄. ⁊ ſiquidē nubes erūt oportet ⁊ pluere. ⁊ ſi pluet: oportet ⁊ nubē eē. homines vero ⁊ aīalia nō reiterant̄ i ſeipſos: vt rurſus generetur idē. nō eni neceſſe ē ſi pater tuus generatus eſt: te regenerari: ſed ſi tu: illū in rectuʒ itaq̄ʒ videtur hec generatio eſſe. Principiū aūt intētionis rurſus hec: vtrū ſimiliter oīa reiterant̄ aut non: ſed hec quidē numero: hec aūt ſpecie ſolum: quorū quidē igitur icorruptibilis ſubſtātia mota: manifeſtū: qm̄ ⁊ numero eadeʒ erūt: mot' eni ſequit̄ quod mouetur. quorū aūt non: ſʒ corruptibile: neceſſe ſpecie: numero aūt non reiterari: ideo aqua ex aere: ⁊ aer ex aqua ſpecie ideʒ: non numero. Si autem ⁊ hec numero: ſed non quorū ſubſtātia generatur: ens tale quale cōtingit non eſſe.

69 Sed in hoc etiā conuenit queſtio: ⁊ ē qm̄ generatio accidens ex his ē circularis. quare igit̄ q̄dam ſūt ita. ſ. vt ſi vltimū eſt: p̄mum ē: ⁊ ſi primū eſt: vltimū ē. V.g. ſi nubes ſūt: pluuia ē: ⁊ ſi pluuia ē: nubes ſūt. ⁊ in aliquib' nō. V.g. qm̄ homines ⁊ aīalia non reciprocant̄ in ſe circulariter ita ꝙ indiuidua eorū reuertant̄ in idē: neq̄ʒ etiā neceſſariuʒ ē ſi primū eſt ꝙ vltimū ſit: qm̄ non ē neceſſariū ſi pat̄ fuerit ꝙ iſte filius fuerit futurus: ſed ſi iſte filius ē: neceſſariū ē vt pater ſit: ſed hoc nō ꝓcedit vſq̄ʒ in īfinitū ꝑ eſſentiam ſed per accidēs: qm̄ ſi ita eſſet non eēt filius niſi poſt eſſe indiuiduorū infinitorū. ⁊ qm̄ ita ē: neq̄ʒ ergo primū ē ſi vltimū eſt niſi per accidens: neq̄ʒ vltimū ē ſi primū eſt oīo: hoc quidē contingit iſtis ſm̄ ꝙ videtur: quia recte generant̄: ⁊ p̄ncipiū cōſiderationis i his ē vtrum ſit aliquid qd̄ circulariter reuertit̄: ⁊ ſimilit̄ aut quedā circulariter reuertunt̄ ſm̄ ſpeciē. Dicam' ergo ꝙ oīs ſubſtātia idiuidua manēs incorruptibilis neceſſario reuertitur ſm̄ idē indiuiduū. Corruptibilia aūt īpoſſibile ē vt reuertant̄ niſi ſm̄ ſpeciē. V.g. aer generabit̄ ab aqua: ⁊ aqua ab aere: nō ꝙ indiuiduū illius aque corrupte reuertet̄ per ſe: q̄uis materia eſſet eadē ⁊ agēs idē: qm̄ ſi idē agens ex eadem materia faceret lateres ⁊ poſtea corrumpent̄ vt faceret alios poſterius: manifeſtū ē ꝙ differt primū a p̄cedentib'.

Noue tranſlationi librorū de generatione ⁊ corruptione ab Auerroi Cordubenſi cōmentate: Summi philoſophi Ariſtotelis ex Stagyra grecie oppido Nicomachi Medicine artis profeſſoris filij: deo optimo maximoq̄ʒ fauente finis impoſitus ē: Impenſa atq̄ʒ diligentia Andree de aſula Venetijs impſſe: Anno ſalutis chriſtiane. M.cccc. lxxxiij. ſeptimo calendas octobris.